EX huius nobis lectionis verba fratres carissimi iohānis humilitas cōmendat? qui cum tāte virtutis esset vt christus credi potuisset elegit solide subsistere in se? ne humana opinione raperetur inaniter sup se. Nā cōfessus est et nō negauit. Cōfessus est? quia nō sum ego christus. Sed quia dicit nō sum? negauit plane quod nō erat. sed nō negauit quod erat. Vt veritatē loquens eius membrū fieret? cuius sibi nomē fallaciter nō vsurparet. Cū ergo nō vult appetere nomē christi? factus est membrū christi. quia dū infirmitatē suam studuit humiliter agnoscere? illius celsitudinē meruit veraciter obtinere. Sed cū ex lectione alia redēptoris nostri sententia ad mentē reducit? ex huius nobis lectōis verbis questio valde implexa generat. Alio quippe in loco inq̄situs a discipulis dominus de helie aduētu respōdit. helias iā venit. et cognouerūt eū. sed fecerūt in eum quecūq3 voluerūt. Et si vultis scire? iohānes ipse est helias. Req̄situs autē iohānes dicit. non sum helias. Quid est hoc fratres carissimi q2 quod veritas affirmat? hoc ꝓphā veritatis negat? Valde nāq3 inter se diuersa sunt? ipse est. et nō sum. Quō ergo ꝓpheta veritatis ē? si eiusdē veritatis sermōibus cōsors nō est? Sed si subtiliter veritas ipa requirit? hoc qđ inter se ɔtrariū sonuit? quō ɔtrariū nō sit inuenit. Ad zachariā nāq3 đ iohē āgelus dicit. ipe p̄cedet an̄ illū in spū et virtute helie. Qui ideirco vēturus in spū et virtute helie dicit? q2 sicut helias secūdū dn̄i aduentū p̄ueniet? ita iohēs p̄uenit p̄mū. Sicut ille p̄cursor vēturus ē iudicis? ita iste p̄cursor factus redēptoris. Iohēs ergo in spū helias erat in p̄sona helias nō erat. Qđ

ergo dñs fatet̃ de spiritu hoc
ihẽs denegat de psona. q2 et
iustũ sic erat vt et discipulis
dñs spiritalẽ de iohẽ sentẽtiã
diceret. et iohẽs isdẽ turbis
carnalibus nõ de suo spũ sed
de corpe respõderet. Cõtrariũ
ergo videt̃ esse veritati qđ io
hãnes sonuit. sed tñ a verita-
tis tramite nõ recessit. Qui cũ
se etiã ꝓphãm negat: q2 vicz
nõ solũ poterat redẽptorẽ p̃di
care sed etiã demonstrare: q̊s
nã si ↄtinuo exp̃mit. dũ subiũ
git. ego vox clamãtis in deser
to. Scitis frẽs carissimi q2 vni
genitus filius verbũ pñs vo
cat̃. iohẽ attestãte q̊ ait. In p̊n
cipio erat verbũ. ⁊ verbũ erat
apud deũ et deus erat verbũ.
Et ex ipã nr̃a locutiõe cogno-
scitis: q2 p̊us vox sonat vt uer
bũ postmodũ possit audiri. Io
hãnes g̊ vocẽ se esse asseruit:
q2 verbũ p̃cedit. Aduentũ ita
q3 dñicũ p̃currẽs vox dicit̃. q2
p eius ministeriũ pñs verbũ
ab hoĩbus audit̃. q̊ etiã in de
serto clamat q2 derelicte ac de
stitute iudee solaciũ redẽpto-
ris annũtiat. q̊d aũt clamat in
sinuat: cũ subiũgit. dirigite vi
am dñi. sicut dicit isaias ꝓphã
via dñi ad cor dirigit̃: cũ ve
ritatis sermo humiliter audit̃
via dñi ad cor dirigit̃: cũ ad
p̃ceptũ vita p̃parat̃. Vñ scri
ptũ ẽ. Si q̊s diligit me sermo
nẽ meũ seruabit. et pat̃ meus
diliget eũ. et ad eũ veniemus
⁊ mãsionẽ apud eũ faciemus
Quisq̊s g̊ in sup̃biã mentẽ
eleuat: q̊sq̊s auaritie estibus
anhelat: q̊sq̊s se luxurie inqui
natoĩbus polluit: cordis ostiũ
ↄtra veritatẽ claudit. et ne ad
se dñs veniat: claustra aĩ seris
viciorũ dãnat. Sed adhuc q̊
missi sunt pcunctant̃. Quid g̊
baptisas: si tu ñ es christ⁹ ne
q3 helias neq3 ꝓphã: Qđ q2 ñ
studio cognoscẽde veritatis,
sed malitia exercẽde emulatõ
nis đr: euãgelista tacite inno-
tuit: q̊ subiũxit dicẽs. ⁊ q̊ missi
fuerãt erãt ex phariseis. Ac si a
pte dicat. Illi iohẽz de suis ac
tib⁹ req̊rũt: q̊ doctrinã nesciũt
q̃rere. s3 inuidere. S3 sctũs q̊s
q3 etiã cũ a puersa m̃te req̊rit̃
a boĩtatis sue studio ñ mutat̃
Vñ iohãnes quoq3 ad verba
inuidie predicamẽta respõdit
vite. Nam protinus adiũgit.

Ego baptiso te in aq̄ · medi-
us aūt vr̄m stetit quē vos ne
scitis· Iohannes nō spiritu sed
aqua baptisat· q2 pecata sol-
uere nō valens baptisatorū
corpa p aquam lauat· sed ta
men mētem p veniam nō la
uat· Cur ergo baptisat qui pec
cata p baptisma nō relaxat?
nisi vt percussionis sue ordinē
seruās qui nasciturū nascendo
puenerat? baptisaturū quoq3
dominū baptisando p̄ueniret
Et qui p̄dicando factus est p
cussor christi? baptisādo etiā
pcussor eius fieret mutatione
sacramēti· Qui inter hec miste-
rium nostri redemptoris ad-
nūtiās hunc in medio homi-
num et stetisse assent? et nesci
ri· quia p carnē dominus ap-
parēs et visibilis extitit cor-
pore· et inuisibilis maiestate·
De quo etiā subdit· Qui post
me venit? ante me factus est·
Sic nāq3 dicit̄ ante me factus
est? ac si dicatur ante me posi-
tus· post me ergo venit? quia
postmodū natus· Ante me au
tē factus est? q2 mihi prelatus
Sed hec paulo supius dicēs
etiā prelationis eius causas
aperuit? cū subiūxit· quia p̄or
me erat· Ac si aperte dicat· In
de me etiā post natus superat?
quo cum natiuitatis sue tem
pora nō angustāt· Nam q̄ p
matrē in tempore nascit̄· sine
tempore est a patre generatus
Cui quāte reuerētie humilita
tē debeat? subdēdo maifestat
Cuius nō sum dignus soluere
corrigiam calciamēti· Mos
apud veteres fuit? vt si quis
eā que sibi cōpeteret accipere
vxorē nollet? ille ei calciamē
tū solueret qui ad hāc spōsus
iure propinquitatis veniret·
Quid igit̄ inter homies chri
stus nisi sancte eccl'e sponsus
aparuit? de quo et idem iohā
nes dicit· Qui habet sponsam
spōsus est· Sed q2 iohēm ho-
mies christū esse putauerūt?
qd idē iohēs negat? recte indi
gnū se esse ad soluendā corri
giā eius calciamēti denuntiat
Ac si apte dicat· ego redēpto
ris vestigia denudare n̄ valeo
q2 spōsi nomē mihi imento n̄
vsurpo· Qd tn̄ intelligi et alit̄
pōt· q̄s eni nesciat qd calcia-
mēta ex mortuis aīalibus fi
āt? Incarnatus vero domius

16

veniēs quasi calciatus appa-
ruit: qui in diuinitate sua mor
ticina nostre corruptionis as-
sumpsit. Unde etiā p ꝓphe-
tā dicit. In idumeā extēdam
calciamentū meū. Per idume
am quippe gentilitas. p calcia
mentū vero assumpta morta
litas designat. In idumeā er-
go dn̄s calciamentū suū se ex
tendere asserit. q2 dū p carnē
gētibus innotuit: q̄si calciam
ta ad nos diuinitas venit. Sz
huius incarnatiōis misteriū
humanus oculus penetrare n̄
sufficit. Inuestigari eni nullate
nus pōt. quō corpat verbū.
quō sūmus et viuificator spi
ritus, intra vterū matris aīat
quō is q̄ initiū nō habet: et exi
stit et ɔcipit. Corrigia g° calci
amēti ē ligatā misterij. Iohēs
itaqz soluere corrigiā calciam
ti eius nō valet: q2 incarnatio
nis eius misteriū, nec ipse inue
stigare sufficit: q̄ hūc p ꝓphe-
tie spm̄ agnouit. Quid ē g° di
cere n̄ sum dignus soluere cor
rigiā calciamēti eius: nisi ap
te et humiliter suā ignorantiā
ꝓfiteri. At si patiēter dicat.
q̄d mir si ille mihi platus ē:

quē post me natū ɔsidero. sed
natiuitatis eius misteriū n̄ ap
prehēdo. ¶ Ecce iohēs q2 ꝓ
phetie spū impletus ē mira sci
ētia emicat. et tn̄ illud de se in
sinuat: qd ignorat. Qua in re
pēsandū nobis est frēs carissi
mi et tota intentōe cogitandū
quō sancti viri et humilitatis
in se virtutē custodiāt: cū q̄dā
mirabilit sciūt illud aū mētis
oculos studēt reuocare qd ne
sciunt. vt dū ex pte alia infir-
mitatē suā ɔsiderant: ex ea p-
te qua pfectus ē eor se ani-
mus nō extollat. Sciētia eteni
virtus ē. humilitas etiā custos
virtutis. Restat g° vt in ōne
qd scit sese mēs deprimat. ne
qd virtus sciētie ɔgregat. vē
tus elationis tollat. Cū bona
fratres agitis: semper ad me-
moriā mala acta reuocate. ut
dū caute culpa ɔspicit: nunq̄
de bono ope incaute animus
leteē. Superiores inuicem eos
maxime qui vobis commissi
nō sunt: proximos vestros at
tendite. Quia et quos agere
aliq̄ praua ɔspicitis: q̄ in eis
lateāt bona nescitis. Magn9
ergo vnusquisqz esse studeat

sed tamen aliquo modo esse se nesciat. nedū sibi magnitudinē arroganter tribuit: amittat. Hinc eni p ꝓpheta dicit. ve qui sapiētes estis in oculis vestris. et corā uobismetipsis prudētes. Hinc paulus ait. Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc cōtra superbientem saul dicit. Cū esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus israhel factus es. Ac si aperte diceret. Cum te tu paruulū cōspiceres: ego te pre ceteris magnū feci. Quia vero tu te magnū conspicis a me paruū estimans. Quo cōtra dauid cū regni sui potentiam corā archa federis domini saltādo despiceret: dixit. ludā et vilior fiā plusq̄ȝ factus sum. et ero humilis in oculis meis. Quē eni non extolleret ora leonū frāgere. vrsorū brachia dissipare. despectis prioribus fratribus eligi. reprobato rege ad regni gubernacula vngi. timendum cunctis vno lapide goliā sternere. a rege ꝓposita extinctis allophilis numerosa ꝑpucia reportare. regnū ex ꝓmissione percipere. cūctūq̄ȝ israhelticū populū sine vlla postmodū contradictiōe possidere: et tamē in cūctis se despicit: qui in suis oculis esse se humilem ↄfitetur. Si ergo sancti viri etiā cum agūt fortia: de semetipsis vilia sentiūt quid in sua excusatōe dicturi sunt: qui sine operatione virtutis intumescunt: Sed et si quelibet bona adsint opera: nulla sunt nisi ex humilitate ↄdiantur Miranda quippe actio cum elatione nō eleuat. sed grauat Qui enim sine humilitate virtutes cōgregat: in vento puluerem portat. et vnde aliq̄d ferre cernitur inde deterius cecatur. In cunctis ergo que agitis fratres mei radicē boni operis humilitatē tenete. nec quibus iā superiores sed quibus adhuc inferiores estis aspicite. vt dū meliorū vobis exēpla ꝓponitis: ad maiora sp ascendere ex humilitate valeatis.

¶ Lectio sancti euāgelij secū dum lucam. Ca. ij.

IN illo tpe. Exijt edictū a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. hec descriptio p̄ma fcā ē a p̄side

sine anno. Et ibāt oēs vt ꝓfiterent̄ singuli in suā ciuitatē Ascēdit aūt et ioseph a galilea d̄ ciuitate nazareth in iudeam ciuitatē dauid q̄ vocatur bethleem. eo ꝙ esset de domo et familia dauid vt ꝓfiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante.

Omelia lectiōis eiusdē habita ad ppl'um in basilica beate marie in die natalis domini. viii

QVia largiēte dño missaꝝ sollennia ter hodie celebraturi sumus: loq̄ diu de euāgelica lectōe nō possumus Sed nos aliq̄d vel breuiter dicere redēptoris nr̄i natiuitas ipa ꝯpellit. Quid ē ꝙ nascit̄uro dño mūdus describit̄. nisi hoc qd̄ apte mōstrat̄: qr ille apparebat in carne: q̄ electos suos ascriberet in eternitate: Quo ꝯtra de reprobis p ꝓpheta dicit̄. deleant̄ de libro viuentiū. et cū iustis nō scribant̄. Qui bene etiā in bethleem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretat̄. Ipse nāq3 est: q̄ ait. Ego sum panis viuus q̄ de celo descendi. Locus ergo in quo dñs nascit̄: domus panis antea vocatus ē: qr futurū ꝓfecto erat, vt ille ibi p materiā carnis appareret: qui electoꝝ mētes in eterna satietate reficeret. q̄ nō in parentū domo: sed in via nascit̄. vt ꝓfecto ostēderet. quia p humanitatē quā assumpserat: quasi in alieno nascebat̄. Alienū videlicet nō secundū potestatē dico: sed scd̄m naturā. Nā de potestate eius scriptū est. In ꝓpria venit. In nat̄a etenī sua ante tpa natus ē. in nat̄a venit ex tpe. Qui g° eternus p manēs tpalis apparuit: alienū ē vbi descēdit. Et qr p ꝓphā3 dicit̄ oīs caro fenū: factus hō fenū nr̄m vertit in frumentū. q̄ de semetipo ait. nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit: ipm solū manz. Vnde natus in p̄sepio reclinat̄. ut fideles oēs vicz scā aīalia carnis sue frumēto reficeret ne ab interne intelligētie pabulo ieiuna remanerēt. Quid aūt est qd̄ vigilātibus pastoribus āgel⁹ apparet: eosq3 dei claritas circūfulget: nisi qd̄ illi p̄ ceteris videre sublimia merentur

qui fidelibus gregibus pre es
se sollicite sciunt: dũ qȝ ipe pre
sup gregẽ vigilant: super eos
gratia largius corruscat. Re-
gẽ vero natum angelus nunti
at. eiusqȝ voci angelorꝝ chori
ocinũt et gaudẽtes clamant
Gloria in excelsis deo. Et in
terra pax hoibus bone volũ
tatis. Prius quippe quã redemptor
noster nasceretur p carnẽ: di-
scordiã cũ angelis habuimus
a quorꝝ claritate atqȝ mundi
cia p prime culpe meritũ p quo
tidiana lõge distabamus. quia
eni peccãdo extranei eramus
adeo extraneos nos a suo cõ
sortio deputabãt ãgelici ciues
dei. Sed quia nos cognouimus
regem nostrũ: recognouerũt
nos angeli ciues suos. Quia
eni celi rex terrã nostre carnis
assumpsit: infirmitatẽ nostrã
illa iã angelica celsitudo ñ de
spicit. Ad pacẽ nostrã angeli
redeũt. intentionẽ prioris di-
scordie postponũt. et quos pri
us infirmos abiectosqȝ despe-
xerãt: iã socios venerant. hinc
est eni qȝ loth siue iosue ange
los adorãt. nec tñ adorare p
hibentur. Iohẽs vero in apoca.

adorare angelũ voluit. sed ta
mẽ idẽ hũc angelus ne se debe
at adorare cõpescuit dicens.
Vide ne feceris. cõseruus eni
tuus sũ et fratrũ tuorꝝ. Quid
est qd ante redemptoris ad-
uentũ angeli ab hoibus ado
rant et tacẽt: postmodũ vero
adorari refugiũt: nisi qd natu
rã nostrã quã prius despexerãt:
postqȝ hanc super se assumptã
ospiciũt: prostratã sibi vide-
re ptimescũt: Nec iã sub se
vel vt infirmã otemnere ausi
sũt: quã sup se videlicet in ce
li rege venerant. Nec habere
dedignant hoiez sociũ: qui su
per se adorãt hominẽ deum.
¶ Curemus ergo frẽs carissi-
mi ne qua nos immũditia pol
luat: qui ineterna p̃sciẽtia et dei
ciues et angelis eius equales
sumus. Vẽdicemus moribus
dignitatẽ nostrã. nulla nos lu
xuria inquinet. nulla turpis cogi
tatio accuset. nõ malitia mẽtẽ
mordeat. ñ inuidie rubigo cõ
sumat. ñ elatio inflet. ñ ambi
tio p terrena oblectamẽta dila
niet. ñ ira inflãmet. dii eteni
vocati sunt hoies. defende g̃
tibi hõ otra vitia honorẽ dei:

18

quia ꝓpter te factus est deus homo: qui viuit et regnat in secula seculoꝝ amen.

¶ Lectio sancti euangelij secundū matheū. ¶ Ca. xv.

IN illo tp̄e dixit iesus discipulis suis pabolā hāc hō quidā pegre ꝓficiscēs vocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. Et vni dedit qnꜫ taleta. alij aūt duo. alij vero vnū. vnicuiqꜫ secūdū ꝓpriā virtutē. et ꝓfectus ē statim.

¶ Omelia lectōis eiusdē habita ad ppl'm in basilica sācti siluestri episcopi die natalis eius. ix.

LEctio scti euāgelij frēs carissimi sollicite ꝯsiderare nos admonet. ne nos q̄ plus ceteris in hoc mūdo accepisse aliq̄d cernimur: ab auctore mūdi grauius inde iudicemur. Cū .n. augent᷑ dona: rōes etiā crescūt donoꝝ. Tanto g° esse humilioꝛ atqꜫ ad seruiendū pꝛōptioꝛ q̄sqꜫ debet esse ex munere: quāto se obligatioꝛē eē ꝯspicit in reddēda rōe. Ecce hō q̄ pegre ꝓficiscit᷑ seruos vocat. eisqꜫ ad negociū talēta ptit᷑. Post multū vero tp̄is positurus rōem reuertit᷑. Bene operātes ꝓ apportato lucro remunerat. seruū vero a bono opere torpentē dānat. Quis ita qꜫ ē iste hō q̄ pegre ꝓficiscit᷑: nisi redēptoꝛ nr̄. q̄ in ea carne quā assumpserat abijt in celū. Carnis .n. locus ꝓprius tra ē. Que q̄si ad pegrinandū ducitur: dū p redēptoꝛē nr̄m in celo collocat᷑. Sed hō iste pegre ꝓficiscēs seruis bona sua tradidit. q2 fidelibus suis spūalia dona ꝯcessit. et vni q̄dē dedit v. talēta. alij duo. alij vero cōmisit vnū. Quinqꜫ eteni sūt corpis sensus. vicȝ visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus. Quinqꜫ g° talētis donū q̄nqꜫ sensuū, idest exterioꝝ sciētia exp̄mit᷑. duobus vero intellectus et opatio designat᷑. vnius aūt talēti noīe intellectus tātummō designat᷑. Sed is q̄ q̄nqꜫ talēta acceperat: alia q̄nqꜫ lucratus est. Quia sūt nōnulli qui etsi interna ac mistica penetrare nesciunt: ꝓ intentione tamen superne patrie docent rectā quos possunt de ipis exterioribus q̄ acceperūt.

Dū𝑞ꝫ ſe a carnis petulātia et
a terrenaꝝ rerū ambitu / atqꝫ
a viſibiliū voluptate cuſtodi
unt: ab his etiā alios ammo
uēdo cōpeſcunt. Et ſunt nonul
li qui q̄ſi duobus talentis di
tati intellectū atqꝫ opationē
pcipiūt. ſubtilia de internis in
telligunt. mira de exterioribuſ
opantur. Cūqꝫ et intelligēdo
et opando aliis predicāt: qua
ſi duplicatū de negocio lucrū
reportāt. Bene aūt alia. v. vł
alia duo in lucrū veniſſe refe
runt̄. quia dū vtriqꝫ ſexui p̄di
catio impendit̄: quaſi accepta
talēta gēminant̄. Sed is qui
vnū talentū acceperat: abiēs
fodit in terrā. et abſcōdit pecu
niā domini ſui. Talentū in ter
ra abſcōdere / ē acceptū inge
niū in terrenis actibus impli
care. lucrū ſpiritale n̄ querere.
cor a terrenis cogitationibus
nunq̄ꝫ leuare. Sūt nāqꝫ nōnul
li qui donū intelligētie pcepe
rūt. ſed tamē ſola q̄ carnis ſūt
ſapiūt. de q̄bus p ꝓphetā di
citur. Sapiētes ſunt vt faciēt
mala. bene aūt neſciūt facere.
Sed dn̄s qui talēta ↄtulit: ra
tionē poſiturus redit: q̄ꝛ iſ qui
nūc pie ſpiritalia dona tribuit
diſtricte in iudicio merita ex
q̄rit. Quid q̄ſqꝫ acceperit: ↄſi
deret. et q̄d lucrū de acceptis
reportet: pēſet. Seruus q̄ gē
minata talēta retulit: a domi
no laudat̄ atqꝫ ad eternā re
munerationē intromittitur: cū
ei voce dominica dicit̄. Euge
ſerue bone et fidelis. quia ſup
pauca fuiſti fidelis: ſupra mł
ta te cōſtituā. intra in gaudiū
dn̄i tui. pauca q̄ppe bona ſunt
oīa p̄ntiſ vite: quālibet mł'ta
eſſe videant̄. Sed tūc fidelis
ſeruus ſupra multa ↄſtituitur:
qn̄ deuicta oī corruptōis mo
leſtia / de eternis gaudiis in il
la celeſti ſede gloriat̄. tūc ad
domini ſui gaudiū pfecte in
tromittit̄: qn̄ in eterna patria
aſſumptus atqꝫ angeloꝝ ceti
buſ admixtus ſic interiuſ gau
det de munere: vt nō ſit iā q̄d
exterius doleat de corruptiōe
Seruus aūt qui operari de ta
lēto noluit: ad dn̄m cū verbiſ
excuſationis redit dicēs. dn̄e
ſcio q̄ꝛ hō duruſ es. metis vbi
nō ſeminaſti. et ↄgregas vbi
nō ſparſiſti. et timens abii. et
abſcōdi talentum tuū in terra

ecce habes qđ tuū est. Notan
dū vero qđ inutilis seruus du
rū dn̄m vocat. Cui tn̄ ad lu-
crū deseruire dissimulat. et ti-
muisse se dicat in lucrū talentū
expēdere: qui hoc solū timere
debuerat: ne hoc sine lucro ad
dn̄m reportaret. Sūt eni plerı
qꝫ intra sanctā ecclesiā quorū
iste seruus imaginē tenet: qui
melioris vite vias aggredi
metuūt. et tn̄ iacere in suis cor
poris ignauia nō timescūt. Cū
qꝫ se peccatores ɔsiderāt: san
ctitatis vias arripe trepidāt
et tamē remanere in suis ini-
q̇tatibus nō formidāt. Quo-
rum bene petrus adhuc in in-
firmitate positus speciē tenet.
cū viso miraculo piscū dixit.
Exi a me domie quia homo
peccator sum. Immo si te pec-
catorē ɔsideras: oportet vt a
te dominū nō repellas. Sed q̇
idcirco melioris habitus vias
et rectioris vite apprehēdere
arcem nolūt. quia infirmos se
esse cōspiciunt: quasi et pecca
tores se fatent. et dominū re-
pellūt. eūqꝫ in quo sanctificari
debuerāt: fugiūt. et velut in p
turbatiōe ɔsiliū nō habēt: du

moriunt et vitā timēt. Vn̄ et
huic seruo ꝓtinus respōdetur
Serue male et piger sciebas
qr meto vbi n̄ semio. et ɔgre
go vbi nō spargo. Oportuit g°
te dare pecuniā meā nūmula-
riis. et ego veniens recepissem
vtiqꝫ qđ meū est cū vsura. ex
verbis suis seruus restringit:
cū dn̄s dicit. meto vbi nō se-
mio. et ɔgrego vbi nō sparsi.
Acsi apte dicat. Si iuxta tuā
sn̄iam et illud exq̇ro ad erogā
dū qđ nō dedi: q̄nto magis a
te exq̇ro qđ ad erogādū dedi.
Oportuerat g° te dare pecuniā
meā nūmulariis et ego veniēs
recepissē vtiqꝫ qđ meū est cū
vsura. Pecuniā vero dare nū
mulariis /ē eis scientiā predi-
cationis impendere. qui hanc
valeant et dictis et operibus
exercere. Sed sicut nostrū peri-
culū aspicitis si dn̄icā pecuniā
teneamus: ita vestrū frēs ca-
rissimi sollicite pensate. quia a
vobis cum vsura exigit: qđ
auditis. In vsura quippe pecu
nia etiam non data recipitur.
Cū enim et hoc reddit quod
acceptū fuerat: illud etiā sup
impendit qđ acceptum nō est

Pēsate ergo fratres carissimi, q2 de accepta hac verbi pecunia vsuras soluetis. et curate vt ex eo quod auditis: etiā alia studeatis intelligere q̄ nō auditis. q̄tenus alia ex aliis colligētes etiā illa discatis ex vobis metipis agere: q̄ necdum ex pdicatoris ore didicistis. Pigrū vero seruū qua sentētia feriat: audiamus. Tollite ab eo talentū. et date ei q̄ habet decē talēta. Oportunū valde videbat: vt cū a malo seruo vnū talentū tollit: ei potius q̄ duo: q̄ȝ qui q̄nq3 talēta acceperat: daretur. Illi enī dare debuit q̄ minus q̄ȝ q̄ plus habuit. Sed (sicut supius diximus) p q̄nq3 talēta q̄nq3 videlicet sensus id est exteriorȝ sciētia designat. Per duo aūt intellectus et opatio exprimit. plus ergo habuit q̄ duo q̄ȝ q̄ q̄nq3 talēta pceperat. q2 qui p talēta q̄nq3 exteriorȝ āministrationē meruit: ab intellectu q̄ȝ interiorum adhuc vacuus fuit. vnū ergo talentum qd intellectū significare diximus illi dari debuit. q̄ bene exteriora que acceperat ministrauit. Quod q̄tidie in sctā cernimus ecclesia. q2 plerinq3 dū bñ ministrāt exteriora q̄ accipiunt: p adiūctā gratiā ad intellectū q̄ȝ misticū pducunt. vt etiā de interna intelligētia polleāt: q̄ exteriora fideliter ministrāt. Generalis etiā mox sentētia subditur: q̄ dicit. Omni enī habēti et dabit ⁊ abūdabit. ei aūt q̄ nō habet: et qd videt habere auferet ab eo. hñti nāq3 dabit ⁊ abūdabit. q2 q̄squis caritatē habet: etiā dona alia pcipit. Quisq3 caritatē nō habet: etiā dona q̄ pcipisse videbat amittit. Vnde necesse ē fratres mei vt per omē quod agitis: erga caritatis custodiā vigiletis. Caritas aūt vera ē ⁊ amicū diligere in deū: et inimicū diligere ppter deū. Quā q̄squis nō habet: omne bonū amittit qd habet. talēto quod acceperat priuatur. et iuxta dominicā sententiā in exteriores tenebras mittit. p penā q̄ppe in exteriores tenebras cadet q̄ p culpā suā spōte interiores tenebras cecidit. Illic coactus patitur tenebras vltionis: qui hic libenter sustinuit tenebras

voluptatis. ¶ Sciendū vero
est q̄d nullus piger ab hac ta
lēti acceptiōe securus est. Nul
lus nāq; est qui veraciter di-
cat. talentū minime accepi nō
est vñ rationēs ponere cogar.
Talēti enī noīe cuilibet pau
peri etiā hoc ipsum reputabit̃:
q̄d vel minimū accepit. Alius
nāq; accepit intelligentiā pre
dicationis. ministeriū debet ex
talēto. Alius terrenā substan
tiā accepit. erogationē talēti
debet ex rebus. Alius nec in-
ternorū intelligentiā, nec rerū
affluentiā accepit: sed tamē
didicit artē qua pascit̃. ipsa
ars ei in talēti acceptiōe repu
tat̃. Alius nihil horū adsecu
tus est. sed tamē fortasse fami
liaritatis locū apud diuitem
meruit. talentū ꝓfecto fami-
liaritatis accepit. Si ergo ni-
hil ei ꝓ indigētibus loquit̃:
ꝓ talenti retētione damnat̃.
Habens ergo intellectū, curet
omnino ne taceat. Habens re-
rū affluentiā, vigilet ne a mi
sericordie largitate torpescat. Ha
bēs artē qua regit̃ magnope
studeat: vt vsum. atq; vtilita
tē illius cū ꝓximo partiatur.

Habens loquēdi locū apud
diuitē damnationē ꝓ retento
talento timeat: si cū valet nō
apud eū ꝓ pauperibus inter-
cedat. Tantū quippe ab vno
quoq; nostrū venturus iudex
exigit: quantū dedit. Vt ergo
de talēti sui rationibus redeū
te domino quisq; securus sit:
cum tremore pēset quotidie
quid accepit. Ecce nāq; iam
iuxta est: vt ille qui ꝑegre ꝓ
fectus est redeat. Quasi q̄ppe
ꝑegre abijt: qui de hac terra
in qua natus est lōge discess-
sit. sed profecto reuertit̃: vt de
talētis rationēs ponat. quia si
a bona actiōe torpescimus: de
ipsis donis que cōtulit nos di
strictius iudicet. Cōsiderem9
ergo que accepimus. atq; in
eorū erogatione vigilemus.
Nulla nos a spiritali ope ter
rena cura impediat. ne si in ter
ra talentū abscōditur: talenti
dominus ad iracundiā ꝓuo-
cetur. Piger etenī seruus, cum
iā culpas iudex examinat: ta
lentū de terra leuat. Quia sūt
plerīq; qui tūc se a terrenis de
siderijs vl' opibus subtrahūt
quando iā ꝑ animaduersionē

iudicis ad eternū supplicium trahunt̄. Ante ergo de talenti nostri ponēda rōe vigilemus ut cū iā iudex ad feriendū imminet: lucrū qđ nos fecimus excuset. Quod prestet nobis deus q̄ viuit et regnat.

¶ Lectio sancti euangelij secundū matheū. Ca. ij.

IN illo tempore cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt ierosolimam dicentes Vbi est qui natus est rex iudeorū: vidimus enim stellā eius in oriente et venimus adorare eum.

¶ Omelia lectōis eiusdē habita ad p̄p̄l'um in basilica sancti petri apostoli. x.

SIcut in lectione euāgelica frēs carissimi audistis celi rege nato rex terre turbat⁹ est. q2 nimirū terrena altitudo ꝯfundit̄: cū celsitudo celestis apit̄. Sed querendū nobis ē q̄d nā sit qđ redēptore nato pastoribus in iudea angelus apparuit. atz ad adorādū hūc ab oriēte magos n̄ āgelus sz stella pduxit. Quia vicz iudeis tanq̄3 ratōe vtētibus ratōale aīal idest angelus p̄dicare debuit. Gētiles vero q̄a vti ratōe nesciebāt: ad cognoscendū dn̄m nō p vocē sed p signa pducunt̄. Quia et illis p̄phetie tanq̄3 fidelibus nō infidelibus et istis signa tanq̄3 infidelib⁹ n̄ fidelib⁹ data sūt. Et notandū qđ redēptorē nostrū cū iā pfecte esset etatis: eisdē gētilibus ap'li p̄dicāt. eū q3 paruulū et necdū p hūani corpis officiū loq̄ntē stella gentibus denuntiat. q̄a nimirū rationis ordo poscebat: vt et loquentē iā dominū loquentes nobis p̄dicatores innotescerēt. et necdū loquentē elemēta muta p̄dicarent. Sed in oībus signis q̄ vel nascēte dn̄o vel moriēte monstrata sunt: cōsiderandū nobis est quāta fuerit in quorūdā iudeorū corde duritia. q̄ hūc nec p p̄phetie donū nec p miracula agnouit. Oīa quippe elementa auctorē suū venisse testata sunt. vt eni de eis q̄ddā vsu hūano loq̄r deū hūc celi eē cognouerūt. q2 ꝓtin⁹ stellā miserūt.

Mare cognouit· q̃a sub plã-
tis eius se calcabile prebuit·
Terra cognouit· qꝛ eo mori
ente ↄtremuit· Sol cognouit·
qꝛ lucis sue radios abscõdit·
Saxa et parietes agnouerũt·
quia tẽpore mortis eius scis-
sa sunt· Infernus agnouit· q̃a
hos quos tenebat mortuos
reddidit· et tamẽ hũc quẽ deũ
omia insensibilia elemẽta sẽ
serũt· adhuc infideliũ iudeorꝫ
corda deũ esse minime cogno
scunt et duriora saxis scindi
ad penitendũ nolũt· Eũqꝫ ↄfi
teri abnegãt· quẽ elemẽta vt
diximus aut signis aut scissio
nibus deũ clamant· Qui etiã
ad dãnationis sue cumulum
eũ quẽ natũ despiciũt· nasci-
turũ lõge añ prescieuerũt· Et ñ
solũ qꝛ nasceret̃ nouerãt· sꝫ eti
am vbi nasceret̃· Nã ab he-
rode requisiti locũ natiuitatis
eius exprimũt· quẽ scripture
auctoritate didicerũt· Et testi
moniũ proferũt· q̄d bethleem
honorari natiuitate noui du-
cis ostẽditur· vt ipa eorũ sciẽ
tia et illis fieret ad testimoni
um damnatiõis· et nobis ad
adiutoriũ credulitas· Quos

profecto bene isaac cũ iacob
filiũ suũ benediceret· designa-
uit· quia caligãs oculis et pro
phetãs in presenti filiũ nõ vi
dit· cui tamẽ multa in posterũ
preuidit· Quia nimirũ iudai-
cus populus ꝓphetie spiritu
plenus et cecus eũ de quo mul
ta in futurũ predixit· in p̄senti
positũ nõ agnouit· Sed natiui
tate regis nostri cognita· hero
des ad callida argumẽta cõ-
uertit̃· ne terreno regno priua
ret̃· Renuntiari sibi vbi pu-
er inueniret̃ postulat· adorare
eũ velle se simulat· vt q̃si hũc
si inuenire possit· extinguat·
Sed quãta est humana mali
tia cõtra cõsilium diuinitatis
Scriptũ est quippe· Nõ est sa
piẽtia, non est prudẽtia, nõ
est cõsilium cõtra dominum·
nã ea q̄ apparuit· magos stel
la ꝑduxit· Natũ regẽ reperie-
rũt· munera detulerunt· Et ne
redire ad herodẽ debeãt· in sõ
nis ãmonent̃· Sicqꝫ fit vt ie-
sũ quẽ querit herodes inueni
re nõ possit· Cuius ꝑsona qui
alij quã ipocrite designantur·
qui dũ ficte querunt inuenire
dominum nunq̃ꝫ merentur·

¶ Sed inter hec sciendum est
q priscilliániste heretici nasci
vnumquemq; hoiem sub cōsti-
tutionibus stellarum putant. et
hoc in adiutoriū sui erroris as
sumūt: quod noua stella exijt
cū dñs in carne apparuit. Cu
ius fuisse fatū eandē que ap-
paruit stellā putāt. Sed si euā
gelij verba pensamus qbus
de eadē stella dicitur. vsq; dū
veniēs staret supra vbi erat
puer: dū nō puer ad stellam.
sed stella ad puerū cucurrit: si
dici liceat nō stella fatū pueri
sed fatū stelle is qui apparuit
puer fuit. Sed absit a fideliū
cordibus vt esse aliquid fa-
tū dicant. Vitam quippe ho-
minū solus hanc cōditor qui
creauit administrat. Neq; p-
pter stellas homo: sed stelle
pter hominē facte sunt. et si
stella fatū hominis dicit: ip-
sis suis ministerijs subesse ho
mo phibetur. Certe cū iacob
de vtero egrediēs prioris fra
tris plātam teneret manu: p-
or pfecte nequaq; egredi po-
tuit. nisi et subsequēs inchoas
set. et tamē cū vno tpe eodē
q; mometo vtrūq; mater fu-
derit: non vna vtriusq; vite
qualitas fuit. Sed ad hoc so-
lent mathematici respondere.
quia virtus cōstellationis in
ictu pungētis est. Quibus e-
diuerso nos dicimus. q2 ma
gna est mora natiuitatis. Si
igit in ictu puncti cōstellatio
pmutatur: necesse iā erit: vt
tot dicāt fata quot sunt mem
bra nascentiū. Fati etiam ma
thematici solēt: quod quisqs
signo aquarii nascit: in hac vi
ta piscatoris ministeriū sorti-
atur. piscatores vero vt fertur
getulia nō habet. Quis g° di-
cat quia nemo illic in stella
aquarij nascit: vbi piscator
omnimodo nō habet. Rur-
sum quos nasci signo libre as
serunt: trapazetas futuros di
cūt. et trapazetas multarum gē
tiū puintie ignorāt. Fateant
g° necesse ē: aut hoc in eis si-
gnū deesse: aut effectū fatalē
nullomō habere. In psarū q;
frācorumq; terra reges ex ge-
nere pdeūt. qbus pfecto na
scētibus qs estimet q;ti eisdē
momētis horarum ac tpum ex
seruili conditione nascuntur:
et tñ regū filij vno eodemq;

22

fidere cũ seruis nati ad regnũ
ꝓficiunt· cũ serui qui secũ fue
rãt geniti in seruitute moriãn
tur· ¶ Hec de stella breuiter
diximus ne mathematicorũ
stultitiã indiscussam preterisse
videamur· Magi vero aurũ
thus et mirrã deferunt· Aurũ
quippe regi ↄgruit· Thus ve
ro in dei sacrificiũ ponebatur·
Mirra autẽ mortuorꝝ corpo
ra ↄdiunt̃· Eũ ergo magi quẽ
adorant· etiã misticis munen
bus predicãt· auro regẽ· thu-
re deũ· mirra mortalẽ· Sũt ve
ro nõnulli heretici qui hũc de
um credunt esse· sed vbiqꝫ re-
gnare nequaq̃ꝫ credũt· Hi ꝓ
fecto ei thus offerũt· sed offer
re etiã aurũ nolũt· Et sunt nõ-
nulli qui hũc regẽ existimant
sed deũ negant· Hi videlicet
ei aurũ offerũt· sed offerre thꝰ
nolũt· Et sunt nõnulli q̃ hunc
et deũ et regẽ fatent̃· sed ad-
sumpsisse carnẽ mortalẽ ne-
gãt· Hi nimirũ ei aurũ ⁊ thus
offerũt· sed offerre mirram as-
sumpte mortalitatis nolunt·
Nos itaqꝫ nato domino offe-
ramus aurũ vt hũc vbiqꝫ re-
gnare fateamur· Offeramus
thus· vt credamus qꝫ is qui
in tẽpore apparuit· deus ante
tẽpora extitit· Offeramus mir
rã· vt eũ quẽ credimus in su
a diuinitate impassibilẽ· cre-
damus etiam in nostra fuisse
carne mortalẽ· Quãuis in au
ro, thure, et mirra intelligi et
aliud potest· Auro nãqꝫ sapi-
entia designat̃· salomone at-
testãte qui ait· Thesaurus de
siderabilis requiescit in ore sa
pientis· Thure autẽ q̃d deo in
cendit̃· virtus orationis exp̃
mit̃· psalmista testãte qui di
cit· Dirigat̃ oratio mea sicut
incensum in cõspectu tuo· Per
mirrã vero carnis nostre mor
tificatio figurat̃· Vnde sãcta
ecclesia de suis operariis vsqꝫ
ad mortẽ ꝓ deo certantibus
dicit· Manus mee distillaue
rũt mirrã· Nato ergo regi au-
rũ offerimus· si in ↄspectu illi
us claritate sup̃ne sapiẽtie re
splẽdemus· Thus offerimus
si cogitatiões carnis p̃ sancta
orationũ studia in ara cordis
incẽdimus· vt suaue aliquid
deo p̃ celeste desideriũ redole
re valeamus· Mirrã offerimꝰ
si carnis vitia per abstinentiã

mortificamus. Per mirā nanqꝫ vt diximus agitur ne mortua caro putrefiat. Mortuā vero carnē putrescere est: hoc mortale corpus fluxui luxurie deseruire. sicut de qbusdā p pphetā dicit. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Iumēta quippe in stercore suo putrescere est: carnales homies in fetore luxurie vitā finire. Mirrā ergo deo offerimus: qn̄ hoc mortale corpus a luxurie putredine p odimentū otinentie custodimus. ¶ Magnū vero nobis aliqd magi innuūt qd in regionē suā p viā aliā reuertunt. In eo nāqꝫ qd āmoniti faciūt: nobis pfecto insinuāt qd faciamus. Regio quippe nostra padisus ē. Ad quā iesu cognito redire pviā qua venimus phibemur. A regione etenī nostra supbiendo, inobediēdo. visibilia seqndo cibū fetitū gustando, discessimus. sed ad eā necesse est vt flēdo, obediēdo, visibilia cōtemnēdo, atqꝫ appetitum carnis refrenādo, redeamus. Per aliam ergo viā ad regionem nostrā regredimur. qm̄ qui a padisi gaudio p delectamenta discessimus: ad hec planta reuocamur. ¶ Vn̄ necesse ē frēs carissimi, vt semp pauidi, semp qꝫ suspecti ponamus ante oculos cordis. hinc culpas opis: illinc iudiciū extreme districtiōis. Pēsemus qꝫ districtus iudex veniat: q̄ iudiciū minat et latet. Terrores pctōribus intētat. et tam̄ adhuc sustinet. Et idcirco venire citius differt: vt minus inueniat q̄s odēnet. Puniam⁹ fletibus culpas. et cū psalmiste voce pueniamus faciē eius incōfessiōe. Voluptatū nos g⁰ fallacia nl'la decipiat. nl'la vana leticia seducat. in pxio nāqꝫ ē iudex q̄ dixit. ve vobis q̄ ridetis nūc. qr lugebitis et flebitis Hic eni salomō ait. risus dolori miscebit et extrema gaudij luctus occupat. Hic iterū dicit risū deputaui errorē: gaudio dixi. qd frustra decipis. Hinc rursus ait. Cor sapientiū vbi tristitia est: et cor stultorū vbi letitia. Pertimescam⁹ g⁰ pcepta dei. sic celebramus veraciter sollēnitatem dn̄i. Gratū nāqꝫ deo sacrificiū ē afflictio cōtra

peccatū p salmista testāte quí ait. Sacrificiū deo spūs ɔtribulatus. Peccata nostra ꝑtenta in baptismatis preceptōe donata sunt. et tamē post baptisma multa cōmisimus. sed lauare iterꝝ baptismatis aqua nō possumus. Quia g° et post baptisma inquinauimus vitā. baptisemus lachrymis cōscientiā quatenus regionē nostrā p viā aliā repetētes quí ex ea bonis delectati discessimus: ad eā malis amaricati redeamus prestāte domino.

Lectio sancti euangelij secundū matheū. Ca. xiij.

In illo tēpe. dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Siľe est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro quē quí inuenit hō abscondit. et ꝑ gaudio illius vadit. et vēdit vniuersa que habet. et emit agrum illum.

Omelia lectōis eiusdē habita ad ꝑplm in basilica scte agnetis in die natalis eius. xi.

Celoꝝ regnū frēs carissimi idcirco terrenis reb⁹ simile dicit: vt ex his que aīmus nouit: surgat ad incognita que nō nouit. quatenus exemplo visibiliū se ad inuisibilia rapiat. et p ea que vsu didicit: quasi cōfricatus incalescat: vt p hoc quod scit notū diligere: discat et incognita amare. Ecce enī celoꝝ regnum thesauro abscōdito in agro cōparat. quē quí inuenit homo abscōdit. et pre gaudio illius vadit. et vēdit vniuersa q̄ habet. et emit agrū illū. Qua in re hoc quoqꝫ notandū est: q𝔡 inuētus thesaurus abscōditur vt seruetur. qꝛ studiū celestis desiderij a malignis spiritibus custodire non sufficit: quí hoc ab humanis laudibus nō abscōdit. In presenti etenī vita quasi in via sumus, qua ad patriā pgimus. Maligni autē spūs iter nostrū quasi quidā latrunculi obsidēt. Depredari ergo desiderat: q̄ thesaurū publice portat in via. hoc aūt dico: ñ vt ꝓximi opa nostra bona nō videant. cū scriptū sit. videāt opera vr̄a bona. et glorificēt patrē vestrū quí in celis ē. sed vt p hoc q𝔡

agimus/ laudes externus nō
queramus. Sic autē sit opus
in publico/ quatenus intētio
maneat in occulto. vt et de bo
no opere proximis prebeamus
exemplū/ et tamē p intentio-
nem qua deo soli placere que
rimus/ semper optemus se-
cretum. Thesaurus autē cele
ste est desideriū. Ager vero in
quo thesaurus absconditur/ di
sciplina studij celestis. Quem
profecto agrū venditis omni-
bus cōparat/ qui voluptati-
bus carnis renūtians cuncta
sua terrena desideria p disci-
pline celestis custodiā calcat.
vt nihil iā quod caro blandi
tur libeat. nihil quod carnalē
vitā trucidat/ spiritus phor-
rescat. Rursum celeste regnū
negociatori homini simile di
citur/ qui bonas margaritas
querit. sed vnam preciosam
inuenit. quā videlicet inuen-
tam omnia vēdens emit. quia
qui celestis vite dulcedinem
in quātum possibilitas admit
tit/ perfecte cognouerit/ ea q
in terris amauerat libenter cū
cta delinquit. In comparatio-
ne eius vilescunt omnia. dese

rit habita. cōgregata dispergit.
inardescit in celestibus ani-
mus. nihil in terrenis libet. de
forme conspicitur/ quicquid
de terrene rei placebat specie.
quia sola preciose margarite
claritas fulget in mente. De
cuius dilectione recte per sa-
lomonem dicitur. Fortis est
vt mors dilectio. Quia vi-
delicet sicut mors corpus in-
terimit/ sic ab amore rerum cor
poraliū eterne vite caritas oc
cidit. Nā quē perfecte absor-
buerit/ ad terrena foris deside
ria velut insensibilē reddit. ne
eni scā hec cuius hodie nata
licia celebramus/ mori pro deo
potuisset in corpe/ si prius a ter
renis desiderijs mortua nō fuis
set in mēte. Erectus nanq3 in
virtutis culmie aīmus, tormē
ta despexit. p̄mia calcauit. an-
te armatos reges et p̄sides in
uicta stetit. feriēte robustior.
iudicāte sublimior. Quid intē
hec nos barbati et debiles di-
cemus/ q ire ad regna celestia
puellā p ferrū videmus. Quos
ira supat. supbia inflat. ambi
tio pturbat. luxuria inquinat.

quia si adipisci regna celorū
p bella p secutionum nō pos-
sumus? hoc ipsum nobis tur
pe sit qđ deum volumus sal-
tim p pacē seq̄. Ecce nulli no
strū hoc tempore dicit deus.
ꝓ me morere. sed illicita tan-
tūmodo in te desideria occide
Qui g° in pace subigere car-
nis desideria nolumus? q̄ndo
in bello ꝓ deo ipsam carnē da
remus? ¶ Rursus simile esse
regnū celorū sagene in mare
misse dicit̄ ex omi genere pi-
sciū cōgreganti. que impleta
ad litus educit̄. et in vasis bo-
ni pisces eligunt̄. mali aūt ꝓ-
ijciunt̄ foras. Sācta ecclesia
sagene comparat̄. quia et pi-
scatoribus est cōmissa. et per
eā quisq; ad eternū regnū a
presentis seculi fluctibus tra-
dit̄. ne in eterne mortis ꝓfun
da mergat̄. Que ex omni ge-
nere pisciū ꝯgregat q2 ad pec-
catorū veniā sapiētes et fa-
tuos/liberos et seruos/diuites
et paupes/fortes et infirmos
vocat. Vn̄ p psalmistā deo
dicit̄. ad te omis caro veniet
Que sagena scz ecclesia tunc
vniuersaliter replet̄? cū in fi-
ne suo humani generis sum-
ma ꝯcludit̄. Quā educunt. et
secus litus sedēt. q̄a sicut ma
re seculū? ita seculi finē signifi
cat litus maris. In quo scilicz
fine boni pisces in vasis eligū
tur. mali autē ꝓijciunt̄ foras.
q̄a et electus quisq; in taber-
nacula eterna recipit̄. et inter
ni regni luce pdita ad exterio
res tenebras reprobi ptrahū
tur. Nunc enī bonos malosq;
cōmuniter quasi pmixtos pi
sces fidei sagena nos ꝯtinet.
sed litus indicat sancte eccle-
sie sagena q̄d trahebat. Et q̄-
dē pisces q̄ capti fuerāt muta
ri n̄ possunt. Nos aūt mali ca
pimur? sed in bonitate pmu-
tamur. Cogitemus igit̄ in ca-
ptōe ne diuidamur in littore.
Ecce q̄z grata ē nobis hodier
na sollēnitas. ita vt se nō mo-
dicū addicat si cui ex hec ꝯuē
tu nostro deesse ꝯtigat. Quid
g° in die illa acturus ē? q̄ a cō
spectu iudicis rapit̄. ab electo
rū societate sepat̄. q̄ tenebre
scit a luīe. cruciat̄ eterna cōbu
stōe? vn̄ et hāc eandē cōpati
nē dn̄s sub breuitate aperit. cū
subiūgit. sic erit in ꝯsūmatiōe

seculi. Exibūt angeli: et separabāt malos de medio iustorū. et mittent eos in caminū ignis. ibi erit fletus. et stridor dentiū. Hoc iā fratres carissimi timendū est potius q̄ exponendū. Aperta eteni voce tormēta peccantiū dicta sunt. ne quis ad ignorantie sue excusationē recurreret. si quid de eterno supplicio obscure diceret. Vn̄ subdit. intellexistis hec oia? Dicūt ei. Vtiq3 dn̄e. Atq3 in cōclusione subiungitur. Ideo ois scriba doctus in regno celorū similis est homi patrifamilias proferēti de thesauro suo noua et vetera. Si p nouum et vetus qđ dicit: vtrunq3 testamentum accipimus: abrahā doctū fuisse denegamus. qui noui et veteris testamēti et si facta nouit: minime verba nūtiauit. Moisē quoq3 docto patrifamilias cōparare nō possumus. qui et si testamentū vetus edocuit: noui tamē dicta nō ꝓtulit. Dū ergo ab hoc intellectu excludimur: ad alium vocamur. Sed in eo quod veritas dicit. Ois scriba doctus in regno celorū

similis est patrifamilias: intelligi valet q2 nō de his q̄ fuerāt: sed de his q̄ esse in ecclesia potuerunt loquebat̄. Qui tunc noua et vetera ꝓferunt: cum vtriusq3 testamēti predicamēta vocibus et moribus loquit̄. Qđ tamē aliter intelligi potest. Vetustū quippe humani generis fuit ad inferni claustra descēdere ꝓ peccatis suis supplicia eterna tolerare. Cui per mediatoris aduentū nouū aliq̄d accessit. vt si hic recte studeat viuere: celorū regna valeat penetrare. Et homo in terra editus a corruptibili vita moriat̄ in celo collocādus. Et vetus itaq3 ē vt ꝓ culpa humanū genus in eterna pena intereat. et nouū vt cō uersus in regno viuat. Qđ g° in ↄclusione locutōis sue dn̄s subdit: hoc ē vtiq3 qđ p̄misit. Prius eni de regni similitudie thesaur̄ inuentū ac bonā margaritā ꝓtulit. postmodū vero inferni penas de malor̄ cōbustione narrauit. atq3 in cōclusione subiūgit. Ideo ois scriba doctus in regno celor̄ similis est patrifamilias ꝓferenti de

thesauro suo noua et vetera. Ac
si aperte diceret. Ille in san-
cta ecclesia doctus pdicator
est: qui et noua scit pferre de
suauitate regni. et vetusta de
terrore supplicij. vt vel pena ter
reat: quos premia nō inuitāt
Audiat de regno quod amet
Audiat de supplicio vnusquis
qȝ quod timeat. vt torpentē
animū et terre vehemēter in-
herentē si amor ad regnū non
trahit: vel timor minet. Ecce
enim de gehenne expressione
dicit. Ibi erit fletus et stridor
dentiū. Sed quia psentia gau
dia sequunt perpetua lamenta
hic fratres carissimi vanā leti
tiam fugite. si illic flere formi-
datis. Nemo etenī potest et
hic gaudere in seculo. et illic
regnare cū christo. Tempora
lis itaqȝ leticie fluxa restringi-
gite. carnis voluptates edo-
mate. Quicquid animo ex p-
senti seculo arridet: ex cōside
ratiōe eterni ignis amarescat.
Quicqd in mēte puerilit hila
rescit: hoc discipline iuuenilis
sensus coherceat: vt dū spōte
tpalia fugitis: etna gaudia si
ne labore capiatis pstāte dño

Lectio sancti euāgelij secū
dū matheū. Ca. xxv.
In illo tempore dixit ie-
sus discipulis suis pa-
bolā hanc. simile est regnū ce-
lorū decem virginibus: que
accipientes lampades suas
exierūt obuiam spōso et spon
se. Quinqȝ autē ex eis erāt fa
tue. et quinqȝ prudentes. Sed
quinqȝ fatue acceptis lampa
dibus nō sumpserunt oleum
secum. Prudētes vero accepe
runt oleum in vasis suis cum
lampadibus etc.

Omelia lectōis eiusdē ha
bita ad ppl'm in basilica scē
agnetis die natal' ei9. xij.

Sepe vos fratres carissi-
mi admoneo praua o-
pera fugere. mundi huius in-
quinamēta deuitare. sed hodi
erna sancti euangelij lectione
compellor dicere vt et bona
que agitis cum magna caute
la timeatis. ne p hoc qd a vo
bis rectum geritur: fauor aut
gratia humana requiratur. Ne
appetitus laudis surripiat. et
quod foris ostenditur: intus
a mercede vacuetur. Ecce eni
redēptoris voce. decē virgines

et omnes dicunt virgines. et tamē intra beatitudinis ianuam nō omnes recepte. Quia earū quedā dū de virginitate sua gloriā foris expetūt: in vasis suis oleū habere noluerūt. Sed prius querendū nobis est quid sit regnū celorū. aut cur decē virginibus compare tur. que etiā virgines prudētes et fatue dicant. Dū enim celorū regnū cōstat quia reproborū nullus ingredit: etiā fatuis virginibus cur simile esse phibetur? Sed sciendum est quia sepe in sacro eloquio regnū celorū presentis temporis ecclesia designat. De quo alio in loco dominus dicit. Mittet filius hominis angelos suos. et colliget de regno omnia scandala. Neq; enī in illo regno beatitudinis in quo pax sūma est: inueniri scādala poterūt que colligant. Et vnde rursum dicit. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis: et docuerit sic homines minimus vocabit in regno celorum. Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celorū. Mandatū q̄ppe soluit et docet: quādo hoc quisq; voce pdicat: qd viuēdo nō implet. Sed ad regnū eterne beatitudinis puenire nō valet: qui nō vult opere implere qd docet. Quomodo ergo in eo minimus vocat: qui ad hoc nullo modo intrare pmittit? Quid itaq; p hāc sententiā nisi presens ecclesia regnū celorū dicit: in qua doctor qui mandatum soluerit: minimus vocat. Quia cuius vita despicit: restat vt pdicatio cōtemnatur. In quinq; autē corporis sensibus vnusq̄sq; subsistit. gēminatus autem quinarius denariū perficit. Et quia ex vtroq; sexu fidelium multitudo colligit. sancta ecclesia decē virginibus similis denuntiat. In qua q̄a mali cū bonis et reprobi cum electis admixti sunt: recte similis virginibus prudētibus et fatuis esse phibetur. Sunt nanq; plerīq; cōtinentes. qui ab appetitu exteriori se custodiūt. et spe ad interiora rapiunt. Carnē macerāt. et toto desiderio ad supnam patriā anhelant. eterna pmia expetūt. p laboribus

suis recipe laudes humanas
nolũt. Hi nimirũ gloriam su
am nõ in ore hominũ ponũt:
sed intra cõsciẽtiam ɔtinent.
Et sunt plerıqȝ qui corpus ꝑ
abstinentiam affligunt. sed de
ipa sua abstinentia humanos
fauores expectunt. doctrine in
serũt. indigentibus multa lar
giuntur. quia solã laudis trã
sitorie retributionẽ querunt.
Vnde et apte subditur. Quin
qȝ fatue nõ sumpserũt oleum
secum. prudentes autẽ acce
perunt oleum in vasis suis cũ
lampadibus. Per oleũ quip
pe nitor glorie designat̃. va
scula autẽ nostra sunt corda
in quibus ferimus cũcta que
cogitamus. Prudentes ergo
oleum in vasis habẽt quia ni
torem glorie intra cõsciẽtiã
retinẽt. Paulo attestante qui
ait. Gloria nostra hec est testi
moniũ cõsciẽtie nostre. Fa
tue autẽ virgines oleum secũ
nõ sumũt. quia gloriam intra
cõsciẽtiam nõ habẽt. dũ hãc
ab ore ꝓximorꝫ querũt. No
tandum vero ꝙ omnes lam
pades habent. sed omnes ole
um nõ habẽt. quia pleꝛꝫqȝ bo
na in se opera cũ electis et re
probi oñdunt. sed soli ad spõ
sum veniũt cum oleo: qui de
his q̃ foris egerũt: intus glo
riam requirũt. Vnde ꝑ psal
mistam quoqȝ de sancta ele
ctorũ ecclesia dicit̃. Ois glo
ria eius filie regis ab intus.
Morã aũt faciẽte spõso: dor
mitauerũt omnes et dormie
rũt. Quia dum venire iudex
ad extremũ iudiciũ differt: e
lecti et reprobi in mortis so
mno sopiunt̃. Dormire eteni
mori ẽ. Añ somnũ vero dor
mitare est. añ mortẽ a salute
lãguescere. Quia ꝑ põdus e
gritudinis ꝑuenit̃ ad somnũ
mortis. Media aũt nocte cla
mor factus ẽ: ecce spõsus ve
nit. exite obuiã ei. De aduẽtu
spõsi clamor in media nocte
fit: qꝛ sic dies iudicij surripit:
vt ꝑuideri nõ possit: qñ veniet
Vñ scriptũ ẽ. Dies dñi sicut
fur in nocte ita veniet. Tunc
oẽs virgines surgũt. qꝛ electi
et reprobi a somno sue mor
tis excitant̃. Lampades or
nãt. quia secum sua opera nu
merant: pro quibus eternam
recipere beatitudinẽ expectãt.

Sed lampades fatuaꝝ virgi
nū extinguūt᷑: quia earū opa
que clara hominibus foras
apparuerūt: in aduētu iudicis
intus obscurant᷑. et a deo retri
butionē nō inueniūt: quia ꝓ
eis receperūt ab hominibus
laudes quas amauerēt. Quid
est autē qđ tūc a prudētibus
oleum petūt: nisi qđ in aduē-
tu iudicis cū se intus vacuas
inuenerint: testimoniū foris
querūt. Ac si sua fiducia dece
pte ꝓximis dicāt. Quia nos
q̄si sine opera repelli cōspicitis
dicite de nostris operibus q̄d
vidistis. Sed prudētes vir-
gines respōdent dicētes. Ne
forte nō sufficiat nobis et vo
bis. In illo eni dıe (qđ tamen
de quibusdā in pace ecclesie
q̇escentibus loquor) sibimet
ipsi testimoniū vniuscuiusqꝫ
vix sufficit. quātominus et si
bi et ꝓximo. Vn̄ et protinus
p increpationē subdunt. Ite
potius ad vēdentes et emite
vobis. Vēditores quippe dei
adulatores sunt. Qui eni ac-
cepta qualibet gratia vanis
suis laudibus nitorē glorie
offerūt: quasi oleum vendūt.

De quo ꝑfecto oleo psalmi
sta dicit. Oleū autē peccato-
ris nō impinguet caput meū.
Principale eteni nostrum ca-
put est. Appellatiōe autē ca-
pitis ea que principat᷑ corpo-
ri: mēs vocat᷑. Impinguat er
go caput oleū peccatoris: cū
demulcet mentē fauor adulā
tis. Sed cū irent emere: venit
spōsus. quia cū vite sue testimo
niū a ꝓximis querunt: iudex
venit. qui nō operū sed cordi
um testis est. Que autē pate
erāt intrauerūt cū eo ad nupti
as. et clausa est ianua. O si sa
pere in cordis palatū possit
quid admirationis habet qđ
dicit᷑ venit spōsus: quid dul-
cedinis intrauerūt cum eo ad
nuptias. quid amaritudinis et
clausa est ianua. Venit q̇ppe
ille qui aduētu suo elementa
cōcutit. in cuius cōspectu celū
et terra cōtremiscit. Vn̄ etiā
p ꝓphetam dicit. Adhuc se-
mel et ego mouebo nō solum
terrā sed et celū. Ad cuius ex-
amen omne humanū genus
deducit᷑. cui ad vindictā ma-
lorum remunerationemqꝫ bo
norꝫ angeli archāgeli throni

pncipatus et dominatões ob sequunt. Pēsate fratres cariſſimi ante ꝯſpectū tāti iudicis q̄ in illo die terror erit: quādo iam in pena remediū nō erit. Que illa cōfuſio cui reatu ſuo exigente cōtinget: in cōuentu omnium hominū angelorūq; erubeſcere. qui pauor eū quē et tranquillum mens humana capere nō valet etiā iratū videre. Quem diem bene ꝓpheta intuens ait. Dies ire di es illa dies tribulatiōis et an guſtie. dies calamitatis et mi ſerie. dies tenebrarum et cali ginis: dies nebule et turbinis dies tube et clangoris. Penſate fratres extremi diem iu dicij ſup corda reproborum. qua aſperitate ꝓpheta vidit amareſcere: quem tot appellationibus nō valet explicare. Quāta vero tūc erit electorū letitia: qui de eius merent viſione gaudere. de cuius cōſpectu vident et elemēta cōtremiſcere. cū eo ſimul ad nuptias intrare. Qui et in ſpōſi nuptias gaudēt. et tamē ipſi ſunt ſpōſe. Quia in illo eterni regis thalamo viſioni noſtre deus cōiungit. que ſcilicet viſio nūq̄ȝ iā in ꝑpetuū ab amoris ſui amplexibus euellatur. Tunc regni ianua lugētibus claudetur. que modo quotidie penitētibus aperitur. Erit nanq; et tūc penitentia ſed infructuoſa iam non erit. quia nequaq̄ȝ tunc veniam inuenit. q̄ modo aptum venie tempus perdit. Huic eteni paulus dicit. Ecce nūc tempus acceptabile. ecce nūc dies ſalutis. hic ꝓpheta ait. Querite dominū dum inueniri poteſt. inuocate eū dū ꝓpe eſt. Vnde et eaſdē virgines fatuas inuocātes dominus nō audit. q2 inter clauſa regni ianua is qui nūc et p auditionē prope eſſe poterat: prope iā nō erit. Nā ſubditur. Nouiſſime veniūt et relique virgines dicentes. Domine dn̄e aperi nobis. At ille reſpōdēs ait. Amē dico vobis ne ſcio vos. Ibi iā a deo nō pōt mereri quod petit: qui hic noluit audire quod iuſſit. Qui tēpus ꝯgrue penitentie perdidit fruſtra ante regni ianuam cū precibus venit. Hinc eſt eni quod p ſalomonē dn̄s dicit.

vocaui et renuistis extēdi ma
nū meā et nō fuit qui aspice-
ret. Despexistis omē ɔsilium
meū. et increpatiōes meas ne
glexistis. Ego quoq; in interi
tu vestro videbo et subsanna
bo. cū vobis qđ timebatis ad
uenerit. cū irruerit repētina ca
lamitas. et interitus quasi tē-
pestas ingruerit. Quādo ve-
nerit sup nos tribulatio et an
gustia. Tunc inuocabūt me
et nō exaudiā. mane ɔsurgēt
et nō inuenient me. Ecce aperi
clamāt. et repulsionis sue do
lore cōpulse, appellationē do
minātis ingēmināt dicentes.
Dñe domie aperi nobis. Pre
ces offerūt sed nesciunt. quia
tūc velut incognitos dñs de-
serit: quos modo suos p vite
meritū nō agnoscit. Ubi apte
quoq; generales ad discipl'os
exortatio subinfert cū dicit.
Vigilate itaq; q̄a nescitis di
em neq; horā. q2 post peccata
deus penitentiā suscipit: si sci-
ret q̄sq; de p̄senti seculo quo
tēpore exiret: aliud tēpus vo
luptatibus, et aliud penitētie
aptare potuisset. Sed q̄ penitē
ti veniā spopōdit: peccāti diē

crastinū nō pmisit. Semp er-
go extremū diē debemus me-
amãdo veritatẽ, lauit lachrymis maculas criminis. Et vox veritatis implet̃ q̃ dr̃. dimissa sunt ei peccata mlt̃a: q̃a dilexit mlt̃ũ. Que enĩ p̃us frigida peccãdo remanserat: postmodũ amãdo fortit̃ ardebat. Nam postq̃ȝ venit ad monumẽtũ: ibiq̃ȝ corpus dñi cũ nõ inuenit sublatũ credidit: atq̃ȝ discipulis nũtiauit. q̃ uenientes viderũt atq̃ȝ ita esse vt mulier dixerat crediderũt. Et de eis protinus scriptũ est. Abierũt ergo discipuli ad semetipos. Ac deinde subiũgit̃. Maria aũt stabat ad monumẽtũ foris plorans. Qua in re pensandũ est huius mulieris mẽtẽ q̃ta uis amoris attẽderat. q̃ a monumẽto dñi etiã discipulis recedẽtibus nõ recedebat. Exq̃rebat quẽ nõ inuenerat. flebat i q̃rẽdo. et amoris sui igne succensa ei⁹ quẽ ablatũ credidit ardebat desiderio. Vñ cõtingit vt eũ sola tunc uideret: q̃ remãsit vt q̃reret. Quia nimirũ virtus boni operis p̃seuerãtia est. Et voce ueritatis dr̃. Qui aũt p̃seuerauerit vsq̃ȝ in finẽ: hic saluus erit. Et p̃cepto legis cauda hostie i sacrificio iubet̃ offerri. In cauda q̃ppe finis ẽ corpis. et ille bñ imolat: q̃ sacrificiũ boni opis usq̃ȝ ad finẽ debite p̃ducit actiõis. hinc ioseph int̃ reliq̃s frẽs talarẽ tunicã habuisse describit̃. Tunica q̃ppe vsq̃ȝ ad talũ est opus bonũ usq̃ȝ cõsummatõnẽ. Sȝ maria cũ fleret: iclinauit se et p̃spexit i monumẽtũ. Certe iã monumẽtũ vacuũ uiderat. iã sublatum dñm nuntiauerat. Quid est q̃ se iterũ iclinat. iterũ videre desiderat: Sed amãti semel aspexisse ñ sufficit. q̃a vis amoris intẽtionẽ mlt̃iplicat inq̃sitiõis. Quesiuit ergo p̃us et minime inuenit. p̃seuerauit vt q̃reret: vnde et cõtigit vt inueniret. Actumq̃ȝ est vt desideria dilata crescerent. et crescentia caperent quod inuenissent. ¶ Hinc est enĩ quod de eodem sponso ecclesia in canticis canticorum dicit. In lectulo meo per noctes quesiui quẽ diligit aĩa mea. quesiui illũ et nõ inueni. Surgã et circuibo ciuitatẽ p̃ uicos et plateas et querã quẽ diligit aĩa mea.

Que defectũ q̊ꝗ inuẽtionis ingeminat dicẽs. quesiui illũ et nõ inueni. Sed quia diu inuentio non elongat si inq̇sitio nõ desistat: adiũgit. Inuenerunt me vigiles qui custodiũt ciuitatẽ. Num q̄m dilexit aĩa mea vidistis? Paululũ cũ ptransissem eos: inueni quẽ diligit anima mea. Dilectũ nanꝗ in lectulo querimus: q̄n in p̄sentis vite aliquãtula req̇e redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctẽ querimus: q̇a et si iam mens in illo vigilat: tñ adhuc oculus caligat. Sed qui dilectũ suũ non inuenit: restat vt surgat. ciuitatẽ circueat id ẽ sanctã electoꝝ ecclesiã mẽte et inq̇sitione pcurrat. Per uicos eũ et plateas q̄rat. id est per angusta ⁊ lata gradiẽtes aspiciat. ut si q̄ iuenire in eis ualeat: eius uestigia exquirat. Quia sunt nõnulli etiã vite secularis: qui imitãdum aliquid habeant de actione virtutis. Querentes autẽ nos vigiles inueniunt qui custodiũt ciuitatem. quia sancti patres qui ecclesie statũ custodiũt: bonis nostris studijs occurrunt: vt suo verbo vel scripto nos doceant. Quos cũ paululũ pertransimus: inuenimus quem diligimus. quia redemptor noster ⁊ si humilitate homo inter homines: diuinitate tamen sup homines fuit. Cũ ergo transeuntur vigiles: dilectus inuenit. q̇a cũ ꝓphetas ⁊ apostolos infra ipm̄ esse conspicimus: illũ qui natura deus ẽ esse supra homines cõsideramus. Prius ergo nõ inueniendus q̄ritur: vt post inuẽtus strictus teneat. Sancta eni desideria (vt prediximus) dilatione crescunt. Si autẽ dilatiõe: deficiũt: desideria nõ fuerunt. Hoc amore arsit: q̇squis ad uentatẽ ptingere potuit. Hinc nãꝗ dauid ait. Sitiuit anima mea ad deũ viuũ. q̄n veniã et apparebo ante faciẽ dei. Hinc nos admonet dicẽs. Querite faciẽ eius semp. Hinc ꝓpheta ait. Anima mea desiderauit te in nocte. sed et spũs meus in p̄ cordijs meis. de mane vigilabo ad te. Hinc ei iterũ ecclesia in canticis canticoꝝ dicit. vul

nerata caritate ego sum. Iustū q̄ppe est: vt ex visiōe medica ptingat ad salutē: que p estū eius desiderii vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait. Anima mea liq̄facta est: vt dilectus locutꝰ est. Mēs n āq3 hominis conditoris sui speciē nō q̄rentis male dura ē. quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere iā ex desiderio ceperit: ad sequendū quē diligit: liq̄facta p ignē amoris currit. Et cū sit desiderio anxia: vilescunt in sc̄l'o cuncta q̄ placebant. nihil est quod extra cōditorē libeat. Et que prius delectabāt animū: fiūt postmodum vehemēter onerosa. Nil eius mestitiā cōsolatr: q̄s q3 adhuc q̄ desideratr nō aspicitur. Meret mens. Lux ipsa fastidio est. Tali q3 igne i mēte decoq̄tr rubigo culpe. et succensus animus q̄si auri more quia p vsum speciē pdidit: p incendiū clarescit. Ista itaq3 que sic amat: que se ad monumentū quod pspexerat itez i clinat: videamꝰ q̄ fructu uis amoris ingeminat opus iq̄sitionis. Sequit̄. Vidit duos angelos in albis sedentes. unū ad caput. et vnum ad pedes. vbi positū fuerat corpus iesu. Quid est q̄ in loco dn̄ici corporis duo āgeli vident̄. vnꝰ ad caput atq3 alius ad pedes sedens: nisi q̄a latina lingua angelus nūtiꝰ dr̄. et ille ex passiōe sua nūtiādus erat: qui et deus est an̄ secula. et homo in fine sc̄l'orꝰ. Quasi ad caput sedet angelus: cū per ap̄l'm p̄dicat̄. q̄a in p̄ncipio erat verbū. et verbū erat apud deū. et deus erat verbū. Et quasi ad pedes sedet angelus: cum dicat. verbum caro factū est. et habitauit i nobis. Possumꝰ etiā p duos āgelos duo testamēta cognoscere. vnū p̄us et aliud sequens. Qui uidelicet angeli p locum dn̄ici corporis sibimet sunt cōiuncti. quia nimirū vtraq3 testamēta dn̄ pari sensu incarnatum et mortuum, ac resurrexisse dn̄m nūtiāt q̄si testamētū p̄us ad caput: et testamētū posterius ad pedes sedet. Vnde et duo cherubin que propiciatorium tegunt: sese inuicē aspiciūt versis vultibus in propiciatoriū

Cherubin quippe plenitudo sci-
entie dicitur. Et quid per duo che
rubin nisi utraque testamenta
signantur. Quid per propiciato-
rium vero nisi incarnatus dn̄s
figuratur? De quo iohannes ait.
Ipse est enim propiciatio pro pecca
tis nostris. Et dum testamētū
vetus hoc faciēdum denūtiat/
quod testamētū nouū de dn̄o fa
ctū clamat/ quasi vtraque cheru-
bin se inuicē aspiciūt/ dū mul-
tis in propiciatoriū vertunt.
Quia dū inter se positū incar-
natum dn̄m vidēt/ a suo aspe-
ctu nō discrepant. que dispen
sationis eius misteriū concor
diter narrant. Requirunt ma
riā angeli dicētes. Mulier quid
ploras? Et dixit eis. Quia tu-
lerunt dn̄m meū. et nescio vbi
posuerūt eum. Ipsa namque sacra
eloquia que in nos lacrimas a-
moris excitāt/ easdē lacrimas
consolantur/ dū nobis redēptoris
nostri spem promittūt. Sed notā-
dum iuxta historiā est/ quod mu
lier nō ait. tulerūt corpus dn̄i
mei sed tulerūt dominū meū.
vsus namque sacri eloquij est/ vt
aliquando ex parte totū/ aliquā ve
ro ex toto partem significet. Ex
parte etenim totū signat/ sicut
de iacob filijs scriptū est. Quia
descēdit iacob in egipto in ani-
mabus septuaginta. Neque enim
in egipto anime sine corporibus
descēderunt. Sed per solā ani-
mā totus homo signatur/ quia ex
parte totū exprimitur. Et solū
domini corpus in monumēto ia-
cuerat. et maria nō corpus dn̄i
sed sublatū dn̄m querebat. vi-
delicet ex toto significās partē.
Hec cū dixisset/ cōuersa retror
sū vidit iesū stantē. et nescie-
at quia iesus esset. Notandū quod
maria que adhuc de domini re-
surrectione dubitabat/ retror
sum conuersa est vt videret ie-
sum. quia videlicet per eādē du-
bitationē suā quasi tergū in dn̄i
faciē miserat/ quē resurrexisse
minime credebat. Sed quia a
mat et dubitat/ videbat. et nō
agnoscebat eū quem illi et amor
ostēderat. et dubietas abscō
debat. Cuius adhuc ignoran-
tia exprimitur/ cū infertur. Et nescie
bat quia iesus esset. Qui dixit
ei. mulier quid ploras? Quē que
ris? Interrogatur doloris causa
vt augeatur desideriū. Quate
nus cū nominaret quē quereret

in amore eius ardētius estua
ret. Illa existimās q̄a hortula
nus eēt: dixit ei. Domine si tu
sustulisti eū: dicito mihi vbi
posuisti eū: et ego eū tollam.
Forsitan nec errādo hec muli
er errauit. q̄ iesum hortulanū
credidit. An non ei spiritaliter
hortulanus erat: q̄ in eius pec
tore p amoris sui semina vir-
tutū virentia plantabat: Sed
q̄d est q̄ uiso eo quē hortola
num credidit: cui nec dū dixe
rat quē q̄rebat: ait dn̄e si tu su
stulisti eū: Quasi eni iā dixis-
set ex cuius desiderio plange-
ret: eū dic quē nō dixerat. Sz
vis amoris hoc agere solet i
aīo: vt quē ipē semp cogitat:
nullum aliū credat ignorare.
Recte et hec mulier quē q̄rit
nō dicit. et tn̄ dic si tu sustuli-
sti eum. q̄a alteri nō putat ico
gnitum: quē sic ipa continue
plāgit desiderio. dicit ei iesus.
Maria. postq̄z eā cōmuni vo
cabulo appellauit ex sexu et a
gnitus nō est: vocat ex nomi
ne. Acsi ei aperte dicat. Reco
gnosce eū: a q̄ recognosceris.
Perfecto q̄q̄z uiro dicit̄ noui
te ex noie. Quia homo cōmu
ne omniū nostrū vocabulum
est moises vero ꝓprium. cui re
cte dr̄: q̄a ex nomie scit̄. Acsi
ei aperte dn̄s dicat. Nō gene
ralit̄ vt ceteros sed specialiter
scio. Maria g° quia vocat̄ ex
nomine: recognoscit auctorē.
atq̄z eū ꝓtinus rabboni id ē
magistrū vocat. q̄a et ipē erat
qui q̄rebat̄ exterius: et ipē q̄
eā interius vt q̄reret docebat.
Iam vero ab euāgelista non
subdit̄ q̄d mulier fecit. sed ex
eo innuitur quod audiuit. Cui
dicit̄. Noli me tāgere. nondū
eni ascendi ad patrē meū. In
his nanq̄z verbis ostendit̄: q̄
maria āplecti voluit eius ve-
stigia quē recognouit. Sed ei
magister dicit. noli me tāgere
nō q̄a post resurrectionē dn̄s
tactū renuit feminaꝝ. cum de
duabus ad sepulchrum eius
scriptū sit. accesserūt et tenue-
rūt pedes eius. Sed cur tāgi nō
debeat: ratio q̄q̄z addit̄ cū sub
infert̄. Nondū eni ascēdi ad
patrē meū. In corde eteni nr̄o
tunc iesus ad patrē ascēdit: cū
eq̄lis credit̄ patri. Nam q̄sq̄s
eū eq̄lē pr̄i n̄ credit adhuc i eꝰ
pectore ad prēm dn̄s ascēdit.

Ille ergo iesum veraciter tangit: q̄ patri filiū coeternū credit In corde eteni pauli iā ad patrē iesus ascēderat: cū isdē paulus dicebat. Qui cū in forma dei esset: nō rapinā arbitratus ē esse se equalē deo. Vñ iohānes q̄q3 redēptorē nr̄m manu fidei tetigit. qui ait. In p̄ncipio erat uerbū. et verbū erat apd̄ deū. et de⁹ erat verbū. oīa p ip̄m facta sūt. Tangit g° dn̄m q̄ eū patri eternitate substātie equalē credit. Sed fortasse aliq̄s tacta q̄stione pulsat: q̄mo do filius patri esse eq̄lis possit. Qua in re humana natura q̄d admirādo cōp̄hendere nō ualet: restat ut hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. habet nāq3 q̄d ad hec sibi sub breuitate respōdeat. Constat eni quia ipse creauit matrē in cuius virgineo vtero ex humanitate crearet. Quid ergo mirū si equalis est patri: qui p̄or est m̄re: paulo q̄q3 adtestāte didicimus christū dei virtutē et dei sapiētiā. Qui ergo filiū minorē putat: patri specialiter derogat. cuius sapiētiā esse ei ineq̄lem fatet. Quis etenim homo potēs equanimit̄ ferret si q̄s ei diceret. magnus q̄dem es: sed tn̄ sapientia tua te minor est: Ipse quoq3 dn̄s dicit. Ego et pater vnū sumus. Et rursus ait. Pater maior me est de quo etiā scriptū est q̄a subditus erat parētib⁹ suis. Quid g° mirum si ex humanitate sua minorē se p̄re asserit in celo: ex qua subiectus erat etiā parentibus in terra: Ex qua humanitate nunc marie d̄r. vade ad fr̄es meos et dic eis. Ascendo ad patrē meū et patrē vestrū. ad deū meū et deū ur̄m. Cum meū dicat et vestrū: cur nō cōmuniter dicit nostrū: s3 distincte loquēs indicat q̄a eūdem patrē et deū dissimil'r habeat ipse q̄3 nos. Ascēdo ad patrē meū videlicet p naturā et patrē vr̄m p grām. Ad deū meū q̄a descendi. ad deū vestrū q2 ascēdistis. Quia eni et ego hō deus mihi est. Quia uos ab errore liberati: deus ē vobis. Distincte ergo mihi pater ⁊ deus est. q̄a quē an̄ sc̄la deū genuit hoīem in fine sc̄lor2 mecū creauit. Venit maria magdalene annūciās discipulis quia

69

vidi dñm. et hec dixit mihi. Ecce hũani generis culpa ibi abscondit̃ vnde ꝓcessit. Q2 eñi i padiso mulier viro ꝓpinauit mortẽ: a sepulchro mulier viris annũciauit vitã. Et dicta viuificatoris narrat: que mortiferi serpẽtis verba narrauerat. Acsi humano generi nõ verbis dñs sꝫ rebus dicat. De q̃ manu vobis illat⁹ ẽ potus mortis: de ipa suscipite poculũ vite. ¶ Hec de expositõe lectõnis euangelice succincte trãscurrim⁹. nũc opitulãte eodẽ de q̃ loq̃mur dño: et resurrectõnis ei⁹ gloriã et pietatis viscera cõsiderem⁹. Citius enim a morte voluit resurgere: ne nr̃a diu aĩa in infidelitatis morte remaneret. Vñ q̃qꝫ bene p psalmistã d2. De torrẽte i via bibit ꝓptea exaltauit caput. In humano q̃ppe genere ab ipo mũdi inicio torrens mortis effluxerat. sed de hoc torrẽte dñs in via bibit. quia mortẽ i trãsitu gustauit. Atqꝫ ideo exaltauit caput: q2 hoc qδ moriẽdo i sepl'chro posuit: resurgẽdo super ãgelos eleuauit. Et inde ãtiquũ hostẽ i eternũ ptulit: vñ seuire cõtra se man⁹ psequẽtiũ tp̃ali p̃misit. Qδ a pte dñs beato iob indicat dicẽs. Nũ quid capies leuiathã hamo: p leuiatham q̃ppe qδ additamẽtũ eoꝝ dicit̃: cetus ille deuorator hũani generis designat̃. Qui dũ se diuinitatẽ homini addere spopõdit: imortalitatẽ sustulit. Qui p̃uaricatõis q̃qꝫ culpã quã primo homini ꝓpinauit: dũ se sequẽtibus pessima psuasione mlt'plicat: penas eis sine cessatiõe coaceruat. In hamo aũt esca ostẽdit̃. aculeus occultatur. Hunc ergo pater omnipotens hamo cepit. q2 ad mortem illius vnigenitũ filium incarnatum misit. In q° et caro passibilis videri posset. et diuinitas impassibilis videri nõ posset. Cunqꝫ in eo serpens iste p man⁹ psequẽtiũ escã corporis momordit: diuinitatis illũ aculeus pforauit. Prius vero eũ in miraculis domini cognouerat sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit: quãdo hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit

dum in illo esca carnis patuit:
quā deuorator appeteret. et di
uinitas passionis tēpore latuit
que necaret. In hamo eius in
carnationis captus est: qa dū
i illo appetit escam corporis:
trāsfixus ē aculeo diuinitatis.
Ibi qppe ierat humanitas q̄
ad se deuoratorē duceret. ibi
diuinitas q̄ pforaret. Ibi ap
ta infirmitas q̄ puocaret. ibi
occulta virtus q̄ raptoris fau
cē transfigeret. In hamo ergo
captus est qa inde interiit: vn
de momordit. Et qs iure tene
bat mortales pdidit. qa eū in
q nō habuit mortē appetere: i
mortalē psumpsit. Hinc est
etiā q hec ipa de qua loqui
mur maria viuit: qa ille p hu
mano genere q̄ morti nihil de
bebat occubuit. Hinc ē q nos
qtidie ad vitā post culpas re
uertimur. q2 ad penā nrām cō
ditor sine culpa descēdit. Ecce
iā antiquus hostis ea que de
humano genere ceperat spolia
amisit. subplātationis sue vi
ctoriā pdidit. Quotidie pecca
tores ad vitā redemit. qtidie
de eius faucib9 redēptoris ma
nu rapiunt. unde bene qq3 ad

beatū iob voce dñica iterr dr.
Aut armilla pforabis maxil
lā eius. Armilla vbi ponitur:
ambiendo cōstringit. Quid g
per armillā nisi circūplectens
nos diuina misericordia desi
gnatur? Que leuiathā istius
maxillā pforat: dū nobis post
ppetrata que phibuit abhuc
penitētie remediū ostēdit. Ar
milla dñs maxillā leuiathā p
forat. qa ineffabili misericor
die sue potētia sic malitie anti
q̄ hostis obuiat: vt aliquādo
eos etiā qs iā cepit amittat.
Et quasi ab ore illius cadunt
qui post ppetratas culpas ad
innocētiā redeunt. Quis eni
ore illius semel raptus maxil
lā ei9 euaderet: si pforata nō
esset? An nō in ore petrū tenu
it. cum negauit? An nō in ore
dauid tenuit: cum i tātā se lu
xurie voraginē mersit? Sz dū
ad vitā vterq3 p penitētiam
rediit: leuiathā iste eos aliquo
mō q̄si p maxille sue foramē
amisit. Per foramē g maxille
ab ei9 ore subtracti sunt: qui
post ppetrationē tante neqcie
penitēdo redierūt. Quis aūt ho
minū leuiathā isti9 os euadat

vt illicita nulla cõmittat. Sed
hic cognoſcamus: quãtũ redẽ-
ptori humani generis debito-
res ſumus. qui nõ ſolũ nos in
ore leuiathan ire ꝓhibuit ſed
ab ore etiam redire conceſſit.
Qui ſpẽ peccatori nõ abſtulit
quia maxillã eius vt euadẽdi
viã tribueret: pforauit. Saltĩ
poſt morſũ fugiat: qui ĩcautuſ
pri⁹ cauere noluit ne morde-
retur. Vbiq3 g° nobis occurrit
ſupna medicina. quia et dedit
hoĩ precepta ne peccet. ⁊ tamẽ
peccãdi dedit remedia ne deſ
pet. Vñ cauẽdũ ſũmope ẽ ne
quis delectatioẽ peccati leuia
thã iſtius ore rapiatᷣ. Et tñ ſi
raptus fuerit nõ deſpet. quia
ſi pctm̃ pfecte lugeat: adhuc
foramẽ in maxillã eius ĩuenit
per quod euadat. Adeſt teſtiſ
diuine mĩe hec ipſa de qua lo-
quimur maria: de qua phariſe
us pietatis fontem vellet ob-
ſtruere. dicebat. hic ſi eſſet pro
pheta: ſciret vtiq3 que et qua
lis ẽ mulier q̃ tãgit eũ. q̃a pec-
catrix ẽ. Sz lauit lacrimis ma-
culas cordis ⁊ corpiſ. ⁊ redẽ-
ptoris ſui veſtigia tetigit: que
ſua itinera praua dereliq̃t. Se-

debat ad pedes ieſu verbum
q3 de ore illius audiebat. Vi-
uẽti adheſerat. mortuũ quere
bat: viuẽtẽ repent: quẽ mor-
tuũ queſiuit. Tãtũq3 apud eũ
locũ gratie inuenit: ut hũc ipis
q̃q3 apl'is eius videlicz nũciis
ipſa nũciaret. Quid itaq3 frẽs
q̃d in hac re debem⁹ aſpicere:
niſi immenſã miãm ↄditoris
nñi. q̃ nobis velut in ſigno ad
exẽplũ penitẽtie poſuit eos q̃s
per penitẽtiã viuere poſt lapſũ
fecit. ppẽdo enĩ petrũ. ↄſidero
latronẽ. aſpicio zacheũ. intue-
or mariã. et nihil in his aliud
uideo: niſi añ ocl'os nr̃os poſi-
ta ſpei et penitẽtie exẽpla. For
taſſe enĩ in fide lapſus ẽ aliq̃ſ
aſpiciat petrũ. q̃ amare fleuit
q̄ timide negauerat. Aliuſ cõ
tra ꝓximũ ſuũ i malitia crude
litati exarſit: aſpiciat latronẽ
q̃ et ipo mortis articl'o ad vi
te p̃mia penitẽdo puenit. Ali
us auaritie eſtibus anhelans
diripuit. aſpiciat zacheũ. q̃ ſi
q̃d alicui abſtulit: quadruplũ
reddidit. Alius libidinis igne
ſuccenſus carnis mũdiciã pdi
dit aſpiciat mariã q̃ in ſe amo
rem carnis igne diuini amo-
ris excoxit. Ecce omnipotẽs

deus ubiq3 ocul' nostris quos imitari debeamus obicit. ubiq3 exẽpla sue misericordie op ponit. Mala ergo iam displiceant, vel expta! libenter obliuiscatur omnipotens deus q̃ nocẽtes fuimus! paratus ẽ penitẽtiam nostram nobis ad innocentiam deputare. Inquinati post aq̃s salutis, renascamur ex lacrimis. Itaq3 iuxta pij pastoris vocem, sicut modo geniti infantes lac concupiscite. Redite g° puuli filij ad sinũ matris vestre eterne sapiẽtie. suggite larga verba pietatis dei. Transacta plangite. imminentia vitate. Redemptor nr̃ momentaneos fletus nostros eterno ꝯsolabit̃ gaudio. q̃ viuit et regnat cũ patre i vnitate spũs sancti deus p oĩa scl'a seculorꝫ amẽ.

Lectio sc̃i euãgelij secũdũ iohãnẽ. Capl'o xx.

IN illo tp̃e Cũ sero factum essꝫ vna sabbatorꝫ et fores essent clause vbi erãt discipl'i cõgregati ꝓpter metũ iudeorũ! venit iesus ⁊ stetit i medio eorũ. et dixit eis. Pax vobis.

Omelia lectõis eiusdẽ habita ad populum in basilica beati iohannis q̃ dicitur constantiniana. xxvj.

PRima lectõis huius euãgelice q̃stio animũ pulsat. q̃mõ post resurrectõnem corpus dominicum verum fuit! q̃ clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendũ nobis est q̃ diuina operatio si ratõne cõprehenditur! non est admirabilis. Nec fides habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Sed hec ipsa nostri redemptoris opera que ex semetipsis comprehẽdi nõ possunt! ex alia eius operatione pensanda sunt. vt rebus mirabilibus, fidem prebeant facta mirabiliora. Illud eni corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis! quod videlicet ad humanos oculos p natiuitatem suam clauso exijt vtero virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectõnem suam in eternum iã victurus intrauit! qui moriturus veniens non aperto vtero virginis exiuit! Sed q̃a ad illud corpus quod videri poterat fides intuentiũ dubitabat

ostendit eis ꝓprimus manus et latus. Palpādā carnē ꝓbuit. quā clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanā rationem sibi valde cōtraria ostēdit: dū post resurrectionē suā corpus suū icorruptibile et tn̄ palpabile demōstrauit. Nā et corrūpi necesse est: quod palpaẗ. et palpari nō potest: quod nō corrūpiẗ. Sed miro modo atq; iestimabili redēptor noster et incorruptibile post resurrectionē et palpabile corp⁹ exhibuit. vt et mōstrādo incorruptibile inuitaret ad pmiū: et prebendo palpapile formaret ad fidem. Et incorruptiblem se ergo et palpabilem demōstrauit. vt ꝑfecto esse post resurrectionē ostenderet corp⁹ suū et eiusdē nature et alteri⁹ glorie. Dixit eis. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Pater filiū misit. q̄ huc ꝓ redemptiōe generis hūani incarnari cōstituit. Quē videlicet in mūdū venire ad passionē voluit. sed tn̄ amauit eū quē ad passionē misit. Electos vero apostolos dn̄s non ad mūdi gaudia sed sicut ipe missus est ad passiones in mūdū mittit. Quia g° et filius amaẗ a patre: et tn̄ ad passionē mittitur: ita et discipuli a dn̄o amātur. q̄ tn̄ ad passionē mittūtur i mūdū. Itaq; diciẗ. Sicut misit me paẗ: et ego mitto vos id ē ea vos caritate diligo cū inẗ scandala ꝑsecutorꝫ mitto: qua me caritate pater diligit. quē uenire ad tolerādas passiones fecit. Quāuis mitti etiā iuxta naturā diuinitatis possit intelligi. Eo eni ipso a patre filius mitti dr̄: quo a patre generatur. Nam sanctū q̄q; spiritum q̄ cū sit coeq̄lis patri et filio: nō tn̄ incarnat⁹ ē isdem se filius mittere ꝑhibet dicēs Cum venerit paclit⁹ quē ego mitto vobis a patre. Si enim mitti solūmō icarnari deberet itelligi: sanct⁹ ꝓcul dubio spiritus nullo mō diceret mitti q̄ nequaq; incarnatus est. Sed ei⁹ missio ipa ꝓcessio ē qua de p̄re ꝓcedit et filio. Sicut itaq; spūs mitti diciẗ q̄a ꝓcedit: ita et fili⁹ nō incōgrue mitti diciẗ q̄a gn̄aẗ. hoc autē cū dixisset: insufflauit. et dixit eis. Accipite

spiritū sanctū. Querēdum no
bis est. q̄d est ꝙ spiritū san-
ctū dominꝰ nr̄ et semel dedit ī
terra cōsistēs. et semel celo p̄
sidens. Neqꝫ enī alio loco da
tus spūssanctus apte mōstra
tur? nisi nūc cū per insufflati-
onē pcipit̄. et post modū cum
de celo veniens in linguis va
riis demōstrat̄. Cur ergo p̄us
in terra discipulis dat̄. postmo
dū de celo mittit̄? nisi ꝙ duo
sunt pcepta caritatis. dilectio
dei videlicet ⁊ ꝓximi? In terra
dat̄ spūs? vt diligat̄ ꝓximus.
Et in celo dat̄ spūs? vt diliga
tur deus. Sicut ergo una est ca
ritas et duo p̄cepta? ita vnus
spūs et duo data. Prius a cō
sistēte dn̄o in terra postmodū
e celo? q̄a in ꝓximi amore dis
citur? q̄liter peruenire debeat ad
amorē dei. Vn̄ et isdem iohā
nis dicit. Qui nō diligit frēm
suū quē videt? dn̄m quē non
videt q̄mō pōt diligē? Et an̄
quidē discipl'oꝝ mētibꝰ isdē
spūssanctꝰ inerat ad fidē. sed
tn̄ manifesta datione nō nisi
post resurrectionē datꝰ ē. Vn̄

et scriptum est. Nōdum erat
spūs datus? q̄a iesus nōdū fu
erat glorificatus. Vn̄ etiā per
moisen dr̄. Suxerunt mel de
petra. et oleum de firma petra.
Neqꝫ enim q̄cq̄ꝫ tale iuxta hi
storiā legit̄? si tota testamēti
veteris series recēsetur. Nusq̄ꝫ
de petra mel. Nusq̄ꝫ oleum il-
le ppl's suxit. Sed quia iuxta
pauli uocē petra erat xp̄s? mel
de petra suxerūt? q̄ eiusdē redē
ptoris nr̄i facta et miracl'a ui
derūt. Oleū vero de firma pe-
tra suxerūt? q̄a effusiōe sancti
spūs post resurrectionē eius
iūgi meruerūt. Quasi gͦ in fir-
ma petra mel dedit? quādo ad
huc mortalis dn̄s miracl'oꝝ
suoꝝ dulcedinē discipulis o-
stēdit. Sed firma petra oleum
fudit. quia post resurrectionē
suā factus iā impassibilis p
afflationē spūs donū sancte
vnctionis emanauit. De hoc
oleo p ꝓphetā dr̄. Computre
scet iugū a facie olei. Sub iu-
go quippe tenebamur demo-
niace dominationis. sed un-
cti sumus oleo spiritus sancti

Et quia nos gratia libertatis vnxit: dominationis demoniace iugum putruit. paulo attestante qui ait. Vbi spiritus domini: ibi libertas. ¶ Sciendum uero est qꝫ hi qui prius spiritũ sanctũ habuerũt: vt et ipsi innocẽter viuerẽt: et in pdicatiõe q̃busdã ꝓdessent: idcirco hunc post resurrectionẽ dñi patenter acceperũt: vt ꝓdesse nõ paucis sed pluribus possent. Vnde et ĩ hac ipa datione spiritus dicitˀ. Quoꝝ remiseritis peccata: remittũtˀ eis et quorũ retinueritis: retenta sunt. Libet intueri illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati ad quãtũ culmẽ glorie sint perducti. Ecce nõ solũ de semetipis securi fiunt: sed etiã aliene obligatõnis potestatẽ relaxatiõis accipiũt. pncipatũ superni iudicii sortiũtˀ. Vt vice dei q̃busdã peccata retineant: quibusdã relaxent. Sic eos a deo decebat erigi: quãtũ ꝓ deo cõsenserãt humiliari. Ecce qui districtũ dei iudiciũ metuunt: aiarũ iudices fiunt. Et alios damnãt vel liberãt: qui semet ipõs dãnari metuebãt. Horũ ꝑfecto nũc i ecclesia episcopi locũ tenẽt: ligãdi atqꝫ soluẽdi auctoritatẽ suscipiũt: q̃ gradũ regiminis sortiũtˀ. Grãdis honor. sed graue põdus istius ẽ honoris. Durũ q̃ppe est vt q̃ nescit tenere moderamĩa vite sue: iudex vite fiat aliene. Et plerũqꝫ cõtingit vt hic iudicii locũ teneat: cui ad locũ vita minime cõcordat. Ac sepe agitur vt uel damnet immeritos: vel alios ipse ligatus soluat. Sepe in soluendis ac ligandis subditis sue volũtatis motus nõ aũt causarũ merita seq̃tur. Vnde fit vt ipsa hac ligãdi et soluẽdi potestate se priuet: qui hanc ꝓ suis volũtatibus et nõ ꝓ subiectoꝝ moribus exercet. Sepe fit vt erga quelibet ꝓximũ odio vel grã moueatur pastor. Iudicare aũt de subditis digne nequeũt: q̃ in subditorũ causis sua vel odia vel grãm sequũtˀ. Vnde recte per ꝓphãm dicitˀ. Mortificabũt aiãs q̃ nõ moriũtˀ. et viuificabũt animas q̃ nõ viuũt. Non moriẽtẽ quippe mortificat: qui iustum damnat. et nõ victurum viuificari nititˀ:

qui reū a supplicio absoluere
conat᷑. Cause ergo pensande
sunt. et tunc ligandi atq₃ soluē
di potestas exercēda. Viden
dū que culpa, aut q̄ sit penitē
tia secuta post culpā. vt quos
omnipotēs deus p cōpūctio-
nis grām visitat: illos pasto-
ris sententia absoluat. Tunc
enī vera est absolutio p̄sidē-
tis: cū eterni arbitriū sequitur
iudicis. q̄ bene quatriduani
mortui resuscitatio illa signifi
cat. que videlicet demōstrat:
q̄ a prius mortuū dn̄s voca-
uit. et viuificauit dicēs. Laza
re veni foras. et postmodū is
q̄ viuēs egressus fuerat: a dis
cipulis est solutus. sicut scrip-
tū est. Cūq₃ egressus eēt q̄ fu
erat ligatus institis: tunc dixit
discipulis. Soluite eū et sinite
abire. Ecce illum discipuli iā
viuētē soluūt: quē magister
iā resuscitauerat mortuum. Si
enī discipuli lazaꝝ mortuū
soluerent: fetorē magis osten
derēt q̄₃ virtutē. Ex qua cōsi
deratiōe intuēdū est: q̄ illos
nō debemus p pastoralē au-
ctoritatē soluere: q̄s auctorē
nr̄m cognoscamus p suscitatē
grām viuificare. Que nimiꝝ
viuificatio an̄ operatōnē recti
tudinis in ipa iā cognoscit᷑ cō
fessione peccati. Vn̄ et huic
ipsi mortuo lazaro neq̄q̄₃ dr
reuiuisce: sed veni foras. Om
nis q̄ppe peccator dū culpā su
am intra cōsciētiā abscondit:
introrsum latet. in suis penetra
lib⁹ occultat᷑. S₃ mortuū uenit
foras: cū peccator neq̄cias su
as sponte cōfitet᷑. Lazaro g°
dr veni foras: acsi a p te cuili
bet mortuo in culpa diceret᷑.
Cur reatū tuū intra cōsciētiā
abscōdis? Foras iā p cōfessi
onē egredē: q̄ apud te inten⁹
per negationē lates. Veniat
itaq₃ foras mortuus. id est cul
pā cōfiteat᷑ peccator. Venietē
vero foras soluāt discipuli. ut
pastores ecclesie ei penā debe-
ant amouere quā meruit: qui
nō erubuit cōfiteri quod fecit.
Hec de solutionis ordine bre
uiter diximus: vt sub magno
moderamine pastores eccle-
sie uel soluē studeāt uel ligare

73

Sed utrũ iuste an iniuste obli get pastor: pastoris tñ senten tia gregi timẽda est. ne eis qui subest: et cũ iniuste forsitã li gatur: ipsam obligatõnis sue sentẽtiã ex alia culpa mereat. Pastor ergo vel absoluere in discrete timeat vel ligare. Is autẽ q sub manu pastoris est ligari timeat vel iniuste. nec pastoris sui iudiciũ temere re pbendat. ne et si iniuste ligat' ẽ: ex ipa tumide repbẽsiõis supbia culpa que nõ erat: fiat

¶ Sed quia hec breuit p ex cessum diximus: ad expositio nis ordinẽ redeamus. Tho mas autẽ vnus ex xij. qui di citur didimus: nõ erat cũ eis qñ venit iesus Iste vnus di scipulus defuit. reuersus quod gestũ est audiuit. audita cre dere renuit. Venit iterũ dñs et nõ credenti discipulo latus palpãdum prebuit. manus o stendit. et ostensa suorũ cica trice vulnerũ infidelitatis illi' uulnus sanauit. Quid fratres carissimi. quid hec aĩaduerti tis: Nũqd casu gestum credi tis. vt electus ille discipulus tunc deesset. post autẽ ueniens audiret. audiens dubitaret. dubitãs palparet. palpans cre deret: Non hoc casu sed diui na dispẽsatiõe gestũ est. Egit nãq3 miro modo superna cle mẽtia. vt discipulus ille dubi tans dũ in magro suo vulne ra palparet carnis: i nobis uul nera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis thome infidelitas ad fidẽ q3 fides credẽtiũ disci pulorũ pfuit. Quia dũ ille ad fidẽ palpando reducit: nostra mens omni dubitatiõe postpo sita in fide solidat. Sic qppe discipulũ dñs post resurrectio nẽ suã dubitare pmisit. nec tñ in dubitatione deseruit: sicut aũt natiuitatẽ suã habere ma nã spõsum voluit. qui tñ ad eius nuptias nõ puenit. Nam ita factus est discipulus dubi tans et palpãs testis vere re surrectiõis: sicut spõsus matris fuerat custos integerrime vir ginitatis. Palpauit aũt et ex clamauit. Dominus meus et deus meus. dicit ei iesus. Quia vidisti me credidisti. Cũ pau lus apostolus dicat. ẽ enĩ fides sperãdarum substãtia rerũ ar gumẽtũ nõ apparẽtiũ: pfecto

liquet· quia fides illarũ rerum argumẽtum est: que apparere nõ possunt· Que eteni apparẽt iã fidem nõ habent sed agniti onẽ· Dũ ergo uidit thomas: dum palpauit: cur ei dr̃ q̃a ui disti me credidisti? Sed aliud vidit· aliud credidit· A mortali quippe homine diuinitas videri nõ potuit· Hominẽ g̃ vidit et deũ confessus est dicens· Dominus meus et deus meus· videndo ergo credidit quia cõsiderãdo verũ hominẽ hunc deũ quẽ uidere nõ poterat exclamauit· letificat valde quod sequit̃· Beati qui nõ viderũt et crediderũt· In qua nimirũ sentẽtia nos specialiter signati sumus: qui eũ quẽ carne nõ vidimus: mente retinemus· Nos signati sumus: sed si fidem nostrã operibus seq̃mur· Ille eteni vere credit: q̃ exercet operando quod credit Quo cõtra de his qui fidem nominetenus retinẽt: paulus dicit· Confitẽt̃ se nosse deũ· factis autẽ negãt· hinc iacobus ait· Fides sine operibus mortua est· Hinc ad beatũ iob de antiquo hoste generis hũani

dñs dicit· Absorbebit fluuiũ et nõ mirabit̃· et habet fiduciã q̃ influat iordanis in os ei9· Quis est eni per fluuium designatus: nisi hũani generis fluxus? Quod videlicet genus ab ortu ad finẽ defluit· et q̃si aq̃ more vsq3 ad competẽtẽ terminũ ex carnis liquore percurrit· Quid per iordanẽ: nisi baptisatorũ forma signatur? Quia eni in iordanis flumine ip̃e auctor redemptiõis nostre baptisari dignatus est: recte iordanis noĩe eorũ multitudo exp̃mit̃: qui intra sacramentũ baptismatis tenentur· Antiquus ergo hostis generis hũani fluuium absorbuit q̃a a mũdi origine vsq3 ad redemptoris aduẽtũ uix paucis electis euadẽtib9 in uẽtrẽ sue malicie gen9 hũanũ traxerũt· De quo recte dr̃· absorbebit fluuiũ· et nõ mirabit̃· q̃a pro magno nõ hr̃: cũ infideles rapit· Sz graue est ualde quod subdit̃· et hr̃ fiduciã q̃ influat iordanis in os eius· Quia postq̃3 infideles q̃sq3 a mũdi origine rapuit: adhuc se posse suscipere etiã fideles p̃sumit·

74

Nam ore pestifere psuasiōis eos q̄tidie deuorat: in q̄bus a cōfessione fidei reproba vita discordat. Hoc g° frēs carissimi tota intētione pertimescite Hoc apud vos sollicita mente cogitate. ¶ Ecce paschalia sollemnia agimus. sed ita viuēdū ē nobis: vt peruenire ad etna festa mereamur. Transeunt cuncta que tēpora liter festiua celebrant̄. Curate qui his sollemnitatib⁹ interestis. ne ab eterna sollēnitate separamini. Quid ꝓdest inter esse festis hominū si deesse cōtingat festis angelorꝫ. vmbra venture sollēnitatis ē sollemnitas p̄sens. Idcirco hanc ānuē agimus: ut ad illā que nō est ānua sed cōtinua perducamur. Cum hoc statuto tēpore gerit̄ ad illius desiderū memoria nostra figat̄. Frequentatione ergo gaudij tēporalis ad etna gaudia mēs incalescat et ferueat. ut ex veritate letitie perfruat̄ in patria: quod de vmbra gaudij meditatur in via. Vitā g° vestrā fratres moresq; cōponite. Is q̄ mitis resurrexit ex morte: q̄z districtꝰ i iudicio veniat: puidete. Certe in die tremēdi examinis sui cū angelis cū archāgel' cū thronis cū dominationib⁹ cū p̄cipatibus et potestatib⁹ apparebit: celis ac terris ardētibus. cūtis videlicet elemētis in sui obseq̄j terrore cōmotis. hunc ergo tā ti pauoris iudicē ante oculos ponite. Hunc venturū timete. vt hunc cū venerit: nō timidi sed securi videatis. Timēdꝰ ergo ē: ne timeat̄. Terror eiꝰ nos ad vsum bone opationis exerceat. metus illius vitā nostram a prauitate compescat. Mihi fratres credite. q̄a tāto tunc enimꝰ securi de eius p̄sentia: quāto nūc esse satagimus suspecti de culpa. Certe si aliquis vestrū cum suo aduersario cām dicturus in meo iudicio die crastino esset exibēdꝰ: totā fortasse noctē isomnē duceret. q̄d sibi dici posset: quid obiectionibꝰ respōderet: secū sollicita mente et estuāte versaret. ne me iueniret asperum vehemēt metueret. ne apud me appareret noxius formidaret. Et q̄s ego aut quid ego? Nimirū nō longe post futurus

Post hominem vermis. atqꝫ post vermē puluis. Si ergo tā ta cura pertimescat̄ iudiciū pul ueris: qua intentiōe cogitādū est: qua formidine ꝓuidēdū tante iudicium maiestatis?

Sed quia sunt nōnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt: et tunc rectius docemus: si etiā cordiū vestroꝝ questionibus occultis occurrimus: pauca nobis de ipa resurrectionis fide loquēda sunt. Multi etenī de resurrectiōe dubitantes (sicut et nos aliquādo fuimus) dū carnē i putredinem ossa qꝫ in puluerē redigi p sepulchra cōspiciūt: reparari ex puluere carnē et ossa diffidūt Sicqꝫ apud se q̄si ratiocinātes dicunt. Quādo ex puluere hō reducit̄? quando agit̄ vt cinis animet̄? Quibus breuit̄ respōdemus. quia longe minus est deo reparare quod fuit: q̄ꝫ creasse quod nō fuit. Aut q̄d mirū si hominē ex puluere reficit qui simul omnia ex nihilo creauit? Mirabilius nāqꝫ est celum et terrā ex nullis existētibus cōdidisse: q̄ꝫ ipm hominē ex terra reparare. Sed cinis attendit̄ et in carnē redire posse desperat̄. et diuine operationis virtus comphendi q̄si ex ratiōe querit̄. Qui scilicet hec idcirco in suis cogitationibus dicunt: quia eis q̄tidiana dei miracula ex assiduitate viluerunt. Nam ecce in vno grano paruissimi seminis latet tota q̄ nascitura est arboris moles. Cōstituamus nāqꝫ ante oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinē. Cogitemus vn̄ oriendo cepit: q̄ ad tantā molem crescendo puenit. Inuenimus ꝓculdubio eius originē paruissimū semis. Cōsidēmus nūc ubi in illo puo grano seminis latet fortitudo ligni. asperitas corticis. saporis odorisqꝫ magnitudo. vbertas fructuū. uiriditas folioꝝ. Contrectatū nāqꝫ seminis granū non est validū. Vnde ergo ꝓcessit ligni duricia? non est asperū. vn̄ asperitas corticis erupit? Non est sapoꝝ. vn̄ sapor in fructibus? Olfactum nil redolet. vnde odor in fructibus flagrat? Nihil i se uirdē ostēdit. vnde folioꝝ virditas exiuit? Cuncta ergo in semine si

mul latent. q̃ tñ nõ simul ex se mine ꝓducunt. E semine q̃ppe ꝓducit radix. Ex radice ꝓdit virgultũ. Ex virgulto oritur fructus. in fructu etiã ꝓducit semẽ. Addamus ergo q̃a et semẽ latet in semine. Quid igit̃ mirũ, si ossa, neruos, carnẽ capillosq; reducat ex puluere qui lignũ, fructus, folia, i magna mole arboris ex paruo quotidie semine restaurat? Cũ ergo dubitans animus de resurrectiõis potẽtia rationẽ q̃rit: earũ rerũ ei q̃stiões inferende sunt que et incessanter fiunt. et tñ ratiõe comprehendi neq̃q̃ possunt. Vt dum nõ ualeat ex visiõe rei penetrare quod cõspicit: de ꝓmissiõe diuine potẽtie credat quod audit. Illa g̃o nobiscũ fratres carissimi ꝓmissa cogitate: que pmanẽt. que cum tempore transeunt: velut iam dimissa despicite. Ad huius resurrectiõis gloriã quã in se veritas ostẽdit: tota intẽtione festinate. Terrena desideria q̃ ab actore separãt: fugite. Quia tanto altius ad cõspectũ dei omipotẽtis pertingitis quãto mediatorẽ dei et hominũ sigl'anter amatis. Qui vi-uit et regnat cũ patre in vnitate spũs sancti deus per omnia secula seculorum amen.

¶ Lectio sancti euãgelij secũdum iohãnem. Ca xv.

IN illo tempore dixit iesus discipulis suis. hoc est p̃ceptum meũ ut diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Maiorẽ hãc dilectionẽ nemo habet: q̃z vt aiãm suam ponat quis ꝓ amicis suis. vos amici mei estis.

¶ Omelia lectiõis eiusdẽ habita ad ppl'm i basilica sancti pancratij die eius natiuitatis. xxvij.

CVm cũcta sacra eloq̃a dñicis plena sint p̃ceptis: q̃d est q de dilectiõe q̃si de singulari mãdato dñs dicit hoc est p̃ceptũ meũ vt diligatis inuicem. nisi q̃a omne mãdatum de sola dilectiõe est. et oia vnũ preceptum sunt: Quia quicq̃d p̃cipit̃: in sola caritate solidat̃. Vt eni mlti arboris rami ex una radice ꝓdeũt: sic mlte virtutes ex una caritate gnãnt̃. Nec hẽt aliq̃d uiriditatis ramus boni opis: si nõ manet i radice caritatis.

Precepta ergo dominica et mlta sunt et vnũ. multa p diuersitatẽ operis. vnũ in radice dilectionis. Qualiter autẽ ista dilectio sit tenẽda ipe insinuat qui i plerisq3 scripture sue sententijs et amicos iubet diligi in se et inimicos diligi ꝓpter se. Ille eni veraciter caritatẽ habet qui et amicũ diligit in deo et inimicũ diligit propter deum. Nã sunt nõnulli q̃ diligunt ꝓximos. s3 p affectũ cognatõis et carnis. Quib9 tñ i hac dilectiõe sacra eloq̃a nõ ɔtradicunt. Sed aliud est quod spõte impẽdit nature. aliud quod pceptis dominicis ex caritate debetur obediẽtie. Hij nimirũ et ꝓximũ diligunt. et tamẽ illa sublimia dilectionis pmia nõ assequũt. quia amorẽ suũ nõ spiritalit sed carnalit impẽdũt Proinde cũ dñs diceret: hoc ẽ mãdatũ meũ vt diligatis inuicem: ꝓtin9 addidit: sicut dilexi vos. Ac si aperte dicat. Ad hoc amate: ad qd amaui vos. Quia in re frẽs carissimi sollerter intuendum est: quod antiquus hostis dũ mentem nrãm ad rerum temporalium dilectionẽ trahit: infirmiorẽ ea ipsa que diligimus contra nos ꝓximum excitat. qui auferre moliatur. Nec curat antiquus hostis hec faciens vt terrena tollat. sed vt caritatẽ i nobis feriat. Nã in odiũ repẽte exardescimus. et dũ foris i uicti esse cupim9: intus grauit ferimur. dũ praua foris defendimus: intus amittim9 maxima. Quia dũ rẽ diligim9 tẽporalẽ: verã amittimus dilectionẽ. Omnis q̃ppe qui nostra tollit: inimicus est. sed si odio habere cepimus inimicũ: intus est quod pdimus. Cum ergo aliq̃d exterius a ꝓximo patimur: ɔtra occultũ raptorẽ intẽrius vigilemus. Qui nũq̃3 melius vincit: nisi cũ raptor exterior amat. Vna q̃ppe z sũma est ꝓbatio caritatis: si et ipse diligit: q̃ aduersat. Hinc est quod ipsa veritas et crucis patibulum sustinet. et tamen ipsis suis psecutoribus affectum dilectionis impẽdit dicens. Pater ignosce illis. quia nesciunt quid faciunt. Quid

76

ergo mirum si inimicos dili-
gant discipuli dũ viuũt? qñ et
tunc inimicos diligit magister
cum occidit? Cuius dilectio-
nis summã exprimit? cũ sub-
iungit. Maiorẽ hãc dilectio-
nẽ nemo habet? q̃3 vt animã
suã ponat quis ꝓ amicis suis
Mori etiam ꝓ inimicis do-
minus venerat. et tñ positurũ
se animã ꝓ amicis dicebat. ut
ꝓfecto nobis ostẽderet? quia
dũ diligẽdo lucrum facere de
inimicis possumus? etiã ipi a-
mici sunt? qui persequũt. Sed
ecce nos vsq3 ad mortẽ nemo
ꝑsequit. Vnde ergo ꝓbare
possumus an diligimus inimi
cos? Sed est quod in pace san
cte ecclesie fieri debet? vñ cla-
rescat si persecutionis tempo-
re mori ꝓ dilectiõe ualeam⁹.
Certe isdẽ iohãnes dicit. Qui
habuerit substãtiã mũdi et ui
derit fratrẽ suũ necessitatẽ ha
bere? et clauserit uiscera sua ab
eo? q̃mõ caritas dei manet in
eo? Hinc etiã iohãnes bapti-
sta ait. Qui habet duas tuni-
cas det nõ habenti. Qui ergo
tranquillitatis tpe nõ dat pro
deo tunicã suã? qñ in ꝑsecutio
ne daturus est aiãm suã? vir-
tus ergo caritatis vt inuicta
sit in ꝑturbatiõe? nutriat̃ ꝑ mi
sericordiam in trãquillitate.
Quatenus omĩpotẽti deo pri
mũ discat sua impendere. post
modũ se. Sequit̃. Vos amici
mei estis. O quãta est mĩa cõ
ditoris nostri serui digni non
sum⁹ et amici uocamur. Quã
ta est dignitas hominũ esse a
micos dei. Sed audistis glori
am dignitatis? audite laborẽ
certaminis. Si feceritis q̃ ego
p̃cipio uobis. Amici mei estis
si ea que precipio vobis faci
tis. Acsi aperte dicat. Gaude
tis de culmine. pensate quibus
laboribus peruenitur ad cul-
mẽ. Certe dum filij zebedei in
teruenientes matre quererent?
vt vnus a dextris dei et alius
a sinistris sedẽ debuissent? au-
dierunt. Potestis bibere cali-
cem quẽ ego bibiturus sum?
Iam locum celsitudinis que
rebant. ad viam illos veritas
reuocat. ꝑ quã ad celsitudinẽ
venirent. Acsi dicat̃. Iã vos
loc⁹ delectat celsitudinis sed
p̃us uia exerceat laboris. Per
calicẽ ꝑtingit̃ ad maiestatẽ.

Si mens vestra appetit quod demulcet: prius bibite quod dolet. Et sic per amarum poculum confessionis peruenitur ad gaudium salutis. Iam non dicam vos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. vos autem dixi amicos quia omnia quecunque audiui a patre meo: nota feci uobis. Que sunt omnia que audiuit a patre suo. que nota fieri voluit seruis suis. vt efficeret eos amicos suos: nisi gaudia interne caritatis. nisi illa festa superne patrie que nostris quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit. Dum enim audita semper celestia amamus: amata iam nouimus. quia amor ipse notitia est. Omnia ergo eis nota fecerat: quia terrenis desiderijs immutati amoris summi facibus ardebant. ¶ Istos vero amicos dei aspexerat propheta cum dicebat. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Amicus enim quasi animi custos vocatur. Quia ergo psalmista prospexit electos dei a mundi huius amore separatos. custodire in mandatis celestibus voluntatem domini: miratus est amicos dei dicens. mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Et tanquam si ab eo protinus causas honoris tanti nobis in sinu ari quereremus: ilico adiunxit. nimis confortatus est principatus eorum. Ecce electi dei carnem domant. spiritum roborant. demonibus imperant. virtutibus coruscant. presentia despiciunt. eternam patriam cum voce moribus predicant eam etiam moriendo diligunt. atque ad illam per tormenta pertingunt. Occidi possunt. et flecti neque unt. nimis ergo confortatus est principatus eorum. In ista ipsa passione qua ceciderunt in morte carnis: videte quantum fuerit culmen. vnde hoc nisi quia confortatus est principatus eorum? Sed sic magni forsitan pauci sunt. subiunxit Dinumerabo eos. et super harenam multiplicabuntur. Totum mundum fratres aspicite. martyribus plenus est. Iam pene tot non possumus uidere: quot ueritatis testes habuimus. deo ergo numerabiles nobis super harenam multiplicati sunt quia quanti sint a nobis comprehendi non possunt. ¶ Sed quisquis ad hanc peruenit dignitatem vt amicus vocetur dei:

sese in se cõspiciat: dona aũt que pcepit super se: nihil suis meritis tribuat. ne ad inimicici as erũpat. Vñ et subdit. Nõ vos me elegistis: sed ego ele gi vos. et posui vos. vt eatis et fructum afferatis. Posui ad grãm plantaui. ut eatis volẽ do. fructũ afferatis operando Eatis eni volẽdo dixi: quia velle aliq̃d facere iã mẽte ire est. Qualem vero fructũ affer re debeãt: subdit. Et fruct⁹ ve ster maneat. Omne quod se cundũ p̃ns seculũ laboram⁹: vix usq; ad mortem sufficit. Mors nãq; interueniẽs fru ctum nostri laboris abscidit. quod uero ꝓ eterna uita agit etiã post mortẽ seruat. Et tũc apparere incipit: cũ laborũ car naliũ fructus ceperit nõ viden. Ibi g° illa retributio inchoat: vbi ista terminat. Quisq̃s ergo iã etña cognouit: apud eius animũ tẽporales fructus vilescãt. Tales fructus opere mur: q̃ maneant. tales fructus operemur: q̃ cũ mors cũcta i termat: ipsi exordiũ a morte sumãt. Nam q̃ a morte inci

piat fructus dei: testat ꝓpheta q̃ dicit. Cũ dederit dilectis su is sõnũ: hec est hereditas dñi Omnis q̃ dormit in morte: p dit hereditatẽ. sed cum dederit dilectis suis sonũ: hec est here ditas dñi. Quia electi dei post q̃ꝫ puenerint ad mortẽ: tũc in ueniũt hereditatem. Sequitur. Vt quodcũq; petieritis prẽm in noie meo det vobis. Ecce hic dic. quodcũq; petieritis pa trẽ in noie meo det vobis. rur sum alibi p eũdẽ euãgelistã dicit. Siq̃d petieritis prẽm in nomine meo dabit uobis. vs q; modo nõ petistis q̃cq̃ i no mine meo. Si omne quod pe timus in noie filij dat nobis pater: q̃d ergo est quod pau lus ter dñm rogauit. et exau diri nõ meruit. sed dictum est illi sufficit tibi gratia mea. nã virtus in infirmitate perficiatur Nũquid ille tam egregius p̃ dicator in filij nomine non pe tiit? Quare autem non acce pit quod petiit? Quomodo ergo verum est quia quicq̃d petierimus patrem in nomine filij dat nobis si auferre a se

angelum sathane petijt aposto
lus in noie filij: et tñ quod pe
tijt ñ accepit. Sed q̃a nomen
filij iesus ē: iesus aũt saluator
vl' etiã salutaris dꝛ ille ergo
in nomine saluatoris petit: q̃
illud petit quod ad verã salu-
tem ptinet. Nã si id quod nõ
expediat petit̃: nõ in nomine
iesu petit̃ pater. Vñ et hisdē
apl'is adhuc infirmantibus
dñs dicit. vsq3 modo nõ peti
stis quicq3 in noie meo. Ac si
aperte diceret̃. Non petistis
nomine saluatoris. q̃ nescitis
querere eternã salutem. hinc
ē ꝙ ⁊ paulus nõ exaudit̃ q̃a
si liberaret̃ a temptatione: ei
nõ ꝓdessʒ ad salutē. ¶ Ecce
vidim⁹ fr̃es carissimi q3 mlti
ad sollennitatem martyris cõ
uenistis. genua flectitis. pect⁹
tũditis. uoces orõnis ac ↄfessi
onis emittitis. faciē lachrimis
rigatis. sʒ pensate q̃so petitões
vr̃as. videte si in noie iesu pe
titis. id ē si gaudia salutis eter
ne postulatis. In domo eni iesu
iesum nõ queritis: sʒ in eterni
tatis tẽplo importune ꝓ tem
poralibus oratis. Ecce ali⁹ in
oratioē querit vxorē. ali⁹ pe-

tit villã. alius postulat vestē.
alius dari sibi deprecat̃ alimē
tũ. Et q̃dē cum hec desunt: ab
omnipotente deo petẽda sunt.
sed meminisse ↄtinuo debem⁹
ꝙ ex mãdato eiusdem nr̃i re-
demptoris accipimus. Querite
p̃mũ regũ dei et iustitiã eius:
et hec oĩa adducent̃ vobis.
Et hec itaq3 a iesu petere nõ ē
errare si tñ nõ nimie petãt̃. Sʒ
adhuc quod est graui⁹ alius
postulat mortē inimici. eumq3
quē gladio nõ potest persequi
ꝑsequit̃ oratioē. Et viuit ad-
huc q̃ maledicit̃ et tamē his
qui male dicit: iam de morte
illius reus tenet̃. Iubet aũt deus
vt diligat̃ inimicus. et tñ ro-
gat̃ deus vt occidat inimicũ.
Quisq̃s itaq3 sic orat: in ipsis
suis p̃cibus ↄtra ↄditorē pu-
gnat. Vñ ⁊ sub iude specie dꝛ
Fiat oratio eius i pctm̃. Ora
tio aũt in pctm̃ ē illa petere q̃
prohibet ipe q̃ petit̃. Hinc ve
ritas dicit. Cũ statis ad oran
dum remittite si q̃d habetis in
cordibus vestris. Quã virtu
tem remissiois aptius ostẽdi
mus si vnũ testimoniũ testa-
menti veteris proferam⁹. Cer
te cũ iudea cõditoris sui iusti

tiam culpis exigētibus offen-
disset: ꝓphetā suū ab oratiōe
dn̄s ꝓhibens dic. Non assu-
mas laudē et orationē ꝓ eis
si moises et samuel steterint
corā me. nō est aīa mea ad po
pulum istū. Quid est ꝙ inter-
missis relictisq; tot patribus,
soli moses et samuel ad me-
diū deducunt. quo mira obti-
nēdi virtus ostendit: dū nec
ipsi posse intercedere dicunt.
Acsi apte dn̄s dicat. nec illos
audio quos ꝓpter magnū petiti-
onis sue meritū minime cōtē
no. Quid ergo ē ꝙ moises et
samuel ceteris patribus in po
stulatiōe ꝑferuntur: nisi ꝙ hi
duo tantūmodo in cuncta te
stamēti veteris serie etiam ꝓ
inimicis suis legunt exorasse
Vnus a ppl'o lapidibus im-
petitur. et tamē ꝓ lapidatore
suo dominū deprecatur. Alter
ex principatu deiicit. et tamē
petit9 vt exoraret fatet dicēs
Absit a me hoc peccatū i dn̄o
quo minus cessem orare pro
vobis. Si moises et samuel
steternit corā me: non est aīa
mea ad ppl'm istum. Acsi ap
te dicat. nec illos mō ꝓ ami-
cis audio: quos magne uirtu-
tis merito orare etiā ꝓ inimi-
cis scio. Virtus ergo uere ora
tionis ē celsitudo caritatis. Et
tunc quisq; quod rete petit adi-
piscit: cū eius animus in peti-
tiōe, nec inimici odio fuscatur
Sed plerūq; reluctātē animū
vincimus: si etiā pro inimicis
oramus. fundit os ꝓ aduer-
sariis ꝑcem. sed vtinā cor te-
neat amorē. Nā sepe et orati
onē ꝓ inimicis nr̄is impendi-
mus. sed hāc ex ꝑceptiōe poti
us fundim9 ꝙ̄ ex caritate. Nā
et vitam inimicoꝝ petim9. et
tm̄ ne exaudiamur: timemus.
Sed quia internus iudex mentē
potius ꝙ̄ verba cōsiderat: ꝓ
inimico nil postulat: qui ꝓ eo ex
caritate nō orat. Sed ecce i no
bis grauiter inimicus deliquit.
dāna intulit. viuantes lesit. a
mātes ꝑsecutus est. Retinē
da hec essent: si remittēda no
bis delicta nō essent. Aduo-
catus eteni nr̄ ꝑcem nobis in
causa nr̄a cōposuit. et ip̄e ei9-
dē cause iudex est qui aduoca
tus. ꝑca aūt quā cōposuit: cōdi
tionē inseruit dicēs. Dimitte
nobis debita nr̄a. ⁊c. Quia g°
ip̄e iudex venit qui aduocatus

extitit: ipse precem exaudit q̄ fecit. Aut ergo non facientes dicimus. dimitte nobis debita nr̄a sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. et nosmet ipsos hoc dicēdo āplius ligamus. Aut fortasse cōditionem hāc in oratiōe intermittimus. et aduocatus nr̄ precē quā cōposuit n̄ recognoscit. atq; apd se protinus dicit. Scio q̄ monui nō est ipsa oratio quam feci. Quid ergo agendum est nobis fratres: nisi vt vere caritatis affectum impendamus fratribus. nulla in corde malicia maneat: Cōsiderat omnipotens deus erga pximū caritatem nostrā. vt nostris impēdat iniquitatibus pietatē suā Memētote q̄ monemur dimittite et dimittet̄ uobis. ecce debetur nobis et debemus. Dimittamus ergo quod debetur nobis: vt dimitatur quod debet̄ a nobis. Sz ad hoc mens renitit̄ et vult implere qđ audit. et tn̄ reluctat̄. Ad martyris tūbā cōsistimus. qui ad celeste regnū ex qua morte peruenerint: scimus. Nos si pro christo corpus n̄ ponimus: saltem animum vincamus. placatur deus isto sacrificio. approbat in iudicio pietatis sue victoriam pacis nr̄e. Certam̄ nostri cordis aspicit. et q̄ post vincentes remunerat: nūc decertātes iuuat. p iesum christū dn̄m nostrū q̄ viuit et regnat deus in vnitate spiritus sancti deus peer omnia secula.

Lectio sancti euāgelij secūdum Iohannē. Ca. iiij

IN illo tēpore erat quidā regulus cuius filius infirmabat̄ capharnaū. Hic cū audisss; q̄ a iesus adueniret a iudea in galileam abijt ad eū. et rogabat eū. &c.

Omelia lectiōis eiusdē habita ad populū in basilica sctōrȝ nerei et achilei die natalis eorȝ xxviij

LEctio sancti euangelij q̄m modo fr̄es audistis expositiōe nō indiget. Sed ne hāc taciti preterisse videamur exortādo potius q̄z exponēdo in ea aliq̄d loq̄mur. Hoc aūt nobis solūmodo de expositiōe uideo eē req̄rēdū: cur is q̄ ad salutē petendā venerat audi-

uit· nisi signa et prodigia videritis: non creditis. Qui eni salutem querebat filio procul dubio credebat. Neqꝫ enim ab eo qͥreret salutē: quē nō crederet saluatorē. Quare gͦ dr. nisi signa et ꝓdigia videritis nō creditis. qui añ credidit qꝫ signa videret? Sed memento te qͩd petit et a pͭe cognoscetis: qͣ i fide dubitauit. Poposcit nāqꝫ vt descenderet. et sanaret filiū eius. Corporalē ergo pn̄tiā dn̄i querebat: qui p spiritū nusqꝫ deerat. Minus itaqꝫ i illo credidit: quē n̄ putauit posse salutē dare nisi pn̄s esset ⁊ corpe. Si eni pfecte credidisset: ꝓculdubio sciret. quia nō esset locus: vbi nō eēt de⁹. Ex magna ergo parte diffisus est: qͣ honorē nō dedit maiestati. sed pn̄tie corporali. Et salutē itaqꝫ filio petiit. et tn̄ in fide dubitauit. qͣ eū ad quē venerat et potētem ad curandū credidit. et tn̄ morieti filio esse absentē putauit eū. Sed dn̄s qͥ rogat̄ vt vadat: quia nō desit vbi inuitat̄: iudicat. Solo iussu salutē reddidit: qui voluntate oia creauit. Qua i re hoc est nobis sollerter intuendum. quod sicut euāgelista alio testāte di dicimus: centurio ad dn̄m venit dicens. Domine puer meus iacet paliticus in domo. et male torquet̄. Cui a iesu ꝓtinus respondet̄. Ego veniā ⁊ curabo eū. Quid est quod regulus rogat ut ad eius filiū veniat: et tn̄ ire corporaliter recusat. ad seruū vero centurionis nō inuitat̄. ⁊ tn̄ se corporaliter ire pollicet̄? Reguli filio p corporalē pn̄tiā nō dignat̄ adesse. centurionis seruo dignat̄ occurrere. Quid est ergo hoc nisi qꝺ̄ supbia nostra recūdit̄? qui in hominibus non naturā q̄ ad imaginē dei facti sunt sed honores et diuitias veneramur? Cūqꝫ pensamus que circa eos sunt: ꝓfecto interiora minime ꝓuidemus. Dum ea cōsideram⁹ q̄ in corporibus despecta sunt: negligimus pensare quod sūt. Redēptor vero nr̄ vt ostenderet qͣ q̄ alta sunt hominū sctis despicieda sunt: et que despecta sunt hominum despicienda non sunt: ad filium reguli ire noluit. ad seruum centurionis ire paratus fuit.

Increpata ē ergo supbia nr̄a.
que nescit pensare hoīes ꝓpꝛ
hoīes. Sola vt dixim⁹ que
circūstant hoīb⁹ pensat. na-
turā nō aspicit. honorē dei in
hominibus nō agnoscit. Ecce
ire non vult filius dei ad filiū
reguli. et tamē venire paratus
est ad salutē serui. Certe si nos
cuiuspiā seruus rogaret vt ad
eū venire debēm⁹: ꝓtinus no
bis nostra supbia ī cogitatōe
tacita respōderet dicens. non
eas q̄a temetipm̄ degeneras.
honoꝛ tu⁹ despicitur. locus vi-
lescit. Ecce de celo venit: qui
seruo in terra occurrere nō de-
spicit. et tn̄ humiliari in terra
cōtemnim⁹: qui de terra sum⁹
Quid vero apud deū vilius
q̄d despectu⁹ esse pōt: q̄ȝ serua-
re honorē apud hoīes. et in
terni testis oculos nō timere?
vnde et in sacro euāgelio ad
phariseos dn̄s ait. Vos estis
qui iustificatis vos coꝛā ho-
minib⁹. deus aūt nouit coꝛda
vestra. q̄a quod hoīb⁹ al-
tū est: abhominabile ē apud
deum. Notate fratres notate
quod dicit̄. si eni quod homi
nib⁹ altū est abhoīnable est

apud deū coꝛdis vestri cogi-
tatio tāto apud deū in imo ē:
quāto abhoīb⁹ in alto. Et
humilitas coꝛdis vestri tanto
apud deū in alto ē: quāto ab
hominibus in imo. Despicia
mus ergo si q̄d boni gerimus.
nulla nos nr̄a inflet operatio.
nō rerū abundātia nō gloꝛia
extollat. Si q̄buslibet ex bo-
nis affluētibus intus intume-
scim⁹: deo despecti sum⁹. Quo
cōtra psalmista de humilibus
dic. Custodiens puulos dn̄s.
Qui q̄a puulos humiles ap-
pellat: post quā sententiā ꝓtul-
lit: cōsiliū subiūgit. Nā quasi
quereremus q̄d ipse ad hoc
faceret adiunxit. humiliatus
sum et liberauit me. Hec g° co
gitate fratres. Hec tota inten
tiōe pensate. Nolite in ꝓximis
vestris mūdi huius bona ve
nerari. Hoc ꝓpꝛ deū honoꝛate
in hoīnibus quibus tamē cō
missi nō estis: q fa cti sunt ad
imaginē dei. Quod tunc pꝛo-
ximis vere seruatis: si apud
vos metip sos pꝛius in coꝛde
tumescitis. Nam qui se ad-
huc pꝛo reb us tran sitoꝛijs ex
tollit: nescit in pꝛoximo vene-

80

ran quod maneat. Nolite g°
in vosmetipsos pensare quod
habetis sed quid estis. Ecce
mundus q̄ diligit̄ fugit. sancti
isti ad quorꝫ tūbā cōsistimus
florētē mūdū mētis despectu
calcauerūt. Erat vita lōga. sa
lus cōtinua. opulentia in reb⁹
fecunditas ꝓpagine. tranq̄lli
tas i diuturna pace. et tn̄ cum
in seipso floreret: iā in eorum
cordib⁹ mūdus aruerat. Ecce
iam mūdus in se ipso aruit. et
adhuc in cordib⁹ vestris flo
ret. Vbiqꝫ mors. vbiqꝫ luct⁹
vbiqꝫ desolatio. vndiqꝫ pcu-
timur. vndiqꝫ amaritudinib⁹
replemur. et tn̄ ceca mēte car-
nalis cōcupiscētie ipsas eius
amaritudines amam⁹. fugien
tem seq̄mur. labēti inherem⁹
Et quia labentē retinere non
possum⁹: cū ipo labimur quē
cadētem tenem⁹. Aliquādo
nos mūdus delectaōe sibi te-
nuit. nūc tantis plagis plenus
est: vt ipe nos iā mūdus mui
tet ad dn̄m. Pensate ergo qꝫ
nulla sunt que temporalit̄ cur
rūt. Finis tēporaliū ostendit:
qꝫ nihil sit quod trāsire potuit
Casus rerū indicat q̄a res trā
siens et tunc ꝓpe nihil fuit: cū
stare videretur. Hoc ergo
fratres carissimi sollicita cōsi-
deratōe pensate in eternitatis
amore cor figite. vt dum ter-
rena culmina adipisci cōtemni
tis: perueniatis ad gloriā quā
pfidem tenetis. p dn̄m nr̄m.

¶ Lectio sancti euāgelij secū
dum marcum. Ca. xvi.

In illo tempore dixit ie
sus discipulis suis. Eun
tes in vniuersum mundum p̄
dicate euangeliū omni creatu
re. Qui crediderit et baptisa-
tus fuerit: saluus erit. Qui ve
ro nō crediderit: cōdemnabit̄.

¶ Omelia lectionis eiusdem
habita ad ppl'm in basilica
beāti petri in ascensione do
mini. xxix.

Quod resurrectionē dn̄i
cā discipuli tarde credi-
derūt: nō tā illorꝫ infirmitas
qꝫ nr̄a vt ita dicā futura firmi
tas fuit. Ipsa nāqꝫ resurrectio
illis dubitātib⁹ per multa ar-
gumenta monstrata est. Que
dum nos legentes agnoscim⁹
quid aliud qꝫ de illorꝫ dubi-
tatione solidamur? Minus
enim mihi maria magdalene

prestitit que citius credidit: q̄z thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando uulnerum cicatrices tetigit. et de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Ad insinuandam q̄q̄z veritatē dn̄ice resurrectiōis notandum nobis est quid lucas referat dicēs. Cōuescens p̄cepit eis ab ierosolimis ne discederēt. Et post pauca. videntibus illis eleuatus est et nubes suscepit eū ab oculis eoꝝ. Notate verba signa te misteria. Cōuescens eleuatus est. comedit et ascēdit. vt videlicet p effectū comestionis: veritas patesceret carnis. Marcus vero p̄usq̄z celū dominus ascendat eum de cordis atq̄z infidelitatis duricia increpasse discipulos memorat. Qua in re q̄d cōsiderādū est: nisi q̄ idcirco dominus tūc discipulos increpauit: cum eos corporaliter reliq̄t: vt verba que recedens diceret: in corde audientium artius impssa remanerent. Increpata ergo eorum duricia quid ammonendo dicat audiamus. Euntes in mundum uniuersum p̄dicate euangelium omni creature. Nūq̄d fratres mei sanctum euāgeliū vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat p̄dicandū: vt de eo discipulis dicat̄ p̄dicate omni creature. Sed omnis creature nomine signat̄ hō. Sunt nāq̄z lapides sed nec viuūt nec sentiūt. Sūt herbe et arbusta. viuūt quidē sed nō sentiūt. viuūt dico nō per aīām s̄ p uiriditatē. Quia et paul⁹ dicit inquiens tu q̄d seminas nō viuificat̄: nisi prius moriat̄. uiuit ergo quod morit̄: ut viuificet̄. Lapides itaq̄z sunt sed nō viuūt. arbusta etiā sunt. viuūt. sed nō sentiūt. Bruta aūt aīalia sunt. uiuūt. sentiūt. sed nō discernunt. Angeli eteni sunt. et discernūt. Omnis aūt creature aliq̄d hēt homo. habet nāq̄z cōmune eē cū lapidibus. viuere cū arboribus. sentire cū aīalibus. intelligere cū angelis. Si g̊ cōmune habet aliq̄d cum omni creatura homo: iuxta aliq̄d oīs creatura est hō. Omni g̊ creature p̄dicat̄ euāgeliū: cum soli homini predicat̄. quia ille videlicet docetur: propter quē

in terra cũcta creata sunt. et aq̄ oĩa p quãdã similitudinẽ ali ena nõ sunt. Potest etiã omis creature nomine oĩs natio gẽ tiũ designari. Añ eteni dictũ fuerat. in viã gentiũ ne abien tis. Nunc aũt dr̃ p̄dicate omĩ creature. vt scilicet prius a iu dea apl'orũ repulsa p̄dicatio tunc nobis in adiutoriũ fieret cũ hanc illa ad dãnatiõis sue testimoniũ supba repulisset. Sed cũ discipulos ad p̄dicã dum veritas mittit. q̃d aliud in mũdũ facit. nisi grana semi nis aspergit. Et pauca grana mittit i semie. vt mlta᷒ mes siũ fruges recipiat ex nr̃a fide Neq3 eteni i vniuersum mũ dum tãta fideliũ messis exur geret. si de manu dñi super ra tionalem terrã illa electa gra na p̄dicãtiũ nõ venisset. Seq̃t Qui crediderit et baptizat᷒ fue rit. saluus erit. qui vero nõ cre diderit. cõdẽnabit̃. Fortasse vnusq̃sq3 apud semetipm̃ di cat. ego iã credidi saluus ero. verũ dicit. si fidẽ opibus te neat. vera eteni fides est. que in hoc quod verbis dicit. mo ribus nõ contradicit. Hinc est eni quod de q̃busdã falsis fi delibus paulus dicit. Qui cõ fitentur se nosse deũ. factis au tẽ negant. Hic iohãnes ait. Qui dicit se nosse deũ et man data ei᷒ nõ custodit. mẽdax est. Quod cum ita sit. fidei nr̃e veritatẽ i vite nr̃e õsideratõe debem᷒ agnoscere. Tunc eni veracit̃ fideles sum᷒. si quod verbis ꝑmittimus. operibus cõplemus. In die q̃ppe baptis matis omibus nos antiqui hostis operibus atq3 omibus põpis abrenũciare ꝑmisim᷒. Itaq3 vnusq̃sq3 vr̃m ad cõsi deratiõnẽ suam mẽtis oculos reducat. et si seruat post baptis mũ quod añ baptismũ spopõ dit. certus iã quia fidelis est gaudeat. Sed ecce si quod ꝓ misit minime seruauit. si ad ex ercenda praua opera ad cõcu piscendas mũdi pompas di lapsus. ẽ videamus si iã scit plãgere q̃d errauit. Apud nã q3 misericordẽ iudicẽ nec ille fallax habebitur. qui ad ve ritatẽ reuertit̃ etiã postq̃ mẽ tit̃. Quia omipotens deus dũ libent̃ nostrã penitentiã susci pit. ipse suo iudicio hoc quod

Signa aūt eos q̇ crediturı ſūt hec ſequenẽ. In nomine meo demonia eiiciēt. linguis loq̄nẽ nouis. ſerpentes tollant. Et ſi mortiferū q̊d biberint: nō eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Nūquidnā fratres mei quia iſta ſigna nō facitis: mīme creditis? Sed hec neceſſaria ī exordio eccleſie fuerūt. vt enim fides creſceret credentiū: miraculis fuerat nutriēda. Quia et nos cum arbuſta plātamꝰ tā diu eis aquā fundimus: q̊uſq; ea ī terra iam cōualuiſſe videamus. At ſi ſemel radicem fixerint: in rigando ceſſamus. Hinc eſt enī q̊d paulus dicit. lingue in ſignū ſunt. non fidelibus ſed infidelibus. habemus de his ſignis atq; virtutibus que adhuc ſubtilius cōſiderare debeamus. Sancta q̇ppe eccl'a q̊tidie ſpiritalit̃ facit: quod tūc p apoſtolos corporaliter faciebat. Nam ſacerdotes eius cum per exorciſmi grām manū credētibus imponūt: et habitare malignos ſpiritus in eoꝝ mente cōtradicūt quid aliud faciunt niſi demonia eiciūt? Et fideles q̇q; q̇ iam vite veteris ſcl'aria verba dereliquūt: ſancta autē miſteria inſonant cōditoris ſui laudes et potentiā quātum p̄ualēt narrant: quid aliud faciunt: niſi nouis linguis loquūẽ Qui dū bonis ſuis exhortationibus maliciam de alienis cordibꝰ auferūt: ſerpētes tollunt. et dum peſtiferas ſuaſiones audiūt: ſed tñ ad operationem prauā minime ptrahūẽ? mortiferum q̇dē eſt quod bibunt. ſed nō eis nocebit. Qui quotiēs ꝓximos ſuos in bono opere ī firmari cōſpiciūt. dum eis tota virtute concurrunt: et exemplo ſue operatiōis illoꝝ vitā roborāt qui in ꝓꝓria actione titubant: quid aliud faciūt niſi ſup egros manus imponūt vt bñ habeāt? Que nimiꝝ miracula tanto maiora ſunt: q̄nto p hoc nō corpa ſed minime ſuſcitāẽ. Hec itaq; ſigna frēs cariſſimi auctore deo ſi uultis uos facitis. Ex ill' enī exterioribꝰ ſigniſ obtineri uita ab hec opātibꝰ ñ ualet. Nam corpalia illa mirac'la oſtēdūt aliqñ ſc̄titatē. nō autē faciunt

82

Hec vero spiritalia que agũt in mente virtutẽ vite nõ ostẽdunt sed faciũt. Illa habere et mali possunt. istis aũt perfrui nisi boni nõ possunt. Unde de quibusdã veritas dicit. multi mihi dicẽt in die illa. dñe domine nõne in noĩe tuo ꝓphetauim⁹. et ĩ tuo noĩe demonia eiecim⁹. et in nomine tuo virtutes multas fecimus. et tunc cõfitebor illis q̃a nõ noui vos discedite a me q̃ opamini iniquitatẽ. Nolite ergo frẽs carissimi amare signa q̃ possunt cũ reꝓbis haberi cõmunia. sꝫ hec que modo diximus caritatis atq₃ pietatis miracula amate. Que tãto securiora sũt quanto et occulta. et de q̃bus apud dñm eo maior sit retributio. quo apud hoĩes minor est gloria. ¶ Sequit᷑. Et dñs q̃dẽ iesus postq̃ꝫ locutus est eis. assumptus ẽ in celum. et sedet a dextris dei. In veteri testamẽto cognouimus. ꝙ helias sit raptus in celum. sed aliud est celum ethereũ. aliud aereum. Celum quippe aereũ terre est ꝓximũ. Vñ et aues celi dicimus q̃a eas volitare in aere videmus. In celũ itaq₃ aereũ helias subleuatus est. ut in secreta quadã terre regiõe repẽte duceret᷑. vbi ĩ magna iam carnis et spiritus quiete viueret. q̃usq₃ ad finẽ mundi redeat. et mortis debitum soluat. Ille eteni mortem distulit. nõ euasit. Redemptor aũt noster q̃a non distulit. superauit. eã q₃ resurgẽdo cõsumpsit. et resurrectionis sue gloriam ascẽdẽdo declarauit. Notãdũ q̃q₃ est ꝙ helias in curru legit᷑ ascẽdisse. vt videlicet apte demonstraret᷑. q̃a homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos q̃ppe facta illa ⁊ ostensa sunt adiumẽta. quia nec ad celum quidem aereũ per se ascendere poterat. quẽ nature sue infirmitatis grauabat. Redemptor aũt noster nõ curru nõ angelis subleuat⁹ legit᷑. q̃a qui fecerat omnia nimirũ super omnia sua virtute ferebat᷑. Illo eteni reuertebatur vbi erat. et inde redibat vbi remanebat. Quia cũ per humanitatẽ ascenderet in celum. p diuinitatẽ suã et terrã

pariter continebat et celū. Sicut autē ioseph a fratribus vēditus venditionē redemptoris nr̄i figurauit: sic enoch trāslatus atq; ad celum aereū helias subleuatus ascensionē dn̄icā designauit. Ascensiōis ergo sue dn̄s prenūtios et testes habuit. vnū ante legem. alium sub lege. vt quādoq; veniret ipse qui veraciter celos penetrare potuisset. Vnde et ipse ordo in eorū q̄z vtrorūq; sub leuatiōe p quedā incremēta distinguit̄. Nā enoch trāslatus helias vero ad celum trāsuectus esse memorat̄. vt veniret postmodū qui nec translatus nec trāsuectus celū ethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se credentibus quia carnis sue q̄q; mūdiciā largiretur: et sub eo p incremēta temporū uirtus castitatis excresceret: in ipa quoq; eorum trāslatione qui ascensionem dominicā ut videlicet famuli designauerūt: et i ipo se qui ad celum ascendit: dn̄s ostendit. Nā enoch q̄dem vxorē et filios habuit. helias uero neq; vxorem. neq; filios legitur habuisse. Pensate ergo q̄mō per incrementa creuerit mūdicia sanctitatis. quod et per trāslatos famulos et per ascendentis dn̄i personam patenter ostēdit̄. Translatus nāq; est enoch. et per coitū genitus. et per coitū generās. Raptus ē helias p coitū genitus. sed nō iam p coitū generās. Assumptus vero est dn̄s neq; per coitum generans neq; p coitum generatus. ¶ Cōsiderandum vero nobis est. quid est quod marcus ait. sedet a dextris dei et stephanus dicit. uideo celos apertos et filiū hominis stantem a dextris dei. Quid est q hūc marcus sedētē stephanus vero stantē se videre testat̄? Sed scitis frēs q̄a sedere iudicātis est. stare vero pugnātis vel adiuuātis. Quia g° redēptor noster assumptus in celū et nunc oīa iudicat: et ad extremū iudex oīum venit: hūc post assumptionē marcus sedē describit. q̄a post ascēsiōis sue gl'am iudex in fine videbit̄. Stephanus uero hūc i labore certaminis positus stātē uidit quē adiutorē habuit. q̄a ut iste i tra

psecutoꝝ infidelitatē vicent ꝓpillo de celo illi⁹ gr̄a pugnauit. Seq̄t̄. illi aūt ꝓfecti p̄dicauerūt vbiq3 dn̄o coopante. et s̄monē cōfirmāte sequentibus signis. Quid in his ɔsiderādū est. q̄d memorie ɔmendādū. nisi qđ p̄ceptū obedientia, obedientiam vero signa secuta sunt. ¶ Sz q2 auctore deo breuiter lectionem euangelicā exponendo transcurrimus: restat vt aliq̄d de ipsa tāte ɔsideratione sollennitatis dicamus. Hoc autē nobis p̄mū querendū est: quidnā sit q2 nato dn̄o apparuerūt āgeli. et tn̄ nō legūtur in albis vestib⁹ apparuisse ascēdēte aūt dn̄o missi angeli in albis legunt̄ vestib⁹ apparuisse. Sic eteni scriptū est. Videntibus illis eleuatus est. et nubes suscepit eū ab oculis eoꝝ. Cumq3 intuerēt̄ in celum euntē illū: ecce duo viri steterūt iuxta illos i vestib⁹ albis In albis aūt vestibus gaudiū et sollennitas mētis ostēditur. Quid est ergo q2 nato dn̄o nō in albis uestibus, ascendente aūt dn̄o in albis uestibus āgeli apparēt: nisi q2 tūc magna solēnitas āgelis facta ē: cū celū deus homo penetrauit: Quia nascēte dn̄o videbat̄ diuinitas humiliata. ascēdēte vero dn̄o est humanitas exaltata Albe eteni vestes exaltationi magis cōgruūt q̄3 humiliatōi In assumptiōe g° eius: angeli in albis vestib⁹ videri debuerunt. Quia q̄ i natiuitate sua apparuit deus humilis in ascēsione sua ostensus est hō sublimis. ¶ Sed hoc nobis magnope fratres carissimi in hac solennitate pēsandū ē: q̄a deletū ē hodierna die cyrographū dānatōis nostre. mutata est sententia corruptiōis nr̄e. Illa eni nat̄a cui dictū ē terra es et i terra ibis. hodie in celū iuit. Pro hac ipsa nāq3 carnis nr̄e subleuatiōe p figurā beatus iob dominū auem vocat Quia eni ascēsionis eius mysteriū iudeā nō intelligere cōspexit: de infidelitate eius sententiā ꝓtulit dicēs. Semitam ignorauit auis. Auis eni recte appellat⁹ ē dn̄s. quia corpus carneum ad ethera librauit. Cuius auis semitā ignorauit: quisquis eum ad celum ascē

disse nō credidit. de hac sollen nitate per psalmistam dicitur. Eleuata est magnificētia tua super celos. de hac rursus ait. Ascendit deus in iubilatione. et dn̄s in voce tube. de hac ite rum dicit. Ascendens in altū. captiuā duxit captiuitatē. de dit dona hominibus. Ascen dens q̄ppe in altū captiuā du xit captiuitatē. q̄a corruptio nē nostrā virtute sue incorru ptionis absorbuit. dedit uero dona hominibus. q2 misso de super spiritu alii sermonē sapi entie alii sermonē scientie alii grām curationū alii genera lin guarū alii interpretationē ser monū tribuit. Dedit ergo do na hominibus. De hac ascen sionis eius gloria etiam aba kuc ait. Eleuatus est sol. et lu na stetit in ordine suo. Quis enim solis nomine nisi dn̄s et q̄ lune noīe nisi eccl'a designa tur? Quousq3 enim dominus ascendit ad celos! sancta eius ecclesia aduersa mundi omni modo formidauit. At postq3 eius ascensiōe roborata est! a perte predicauit quod occulte credidit. Eleuatus est ergo sol

et luna stetit in ordine suo. q2 cū dn̄s celū petiit! sancta eius eccl'a in auctoritate p̄dicatio nis excreuit. hinc eiusdē eccl'e voce p salomonem d2. Ecce iste venit saliens in mōtibus et trāssilens colles. Cōsidera uit nā q3 tātorū operū culmina et ait. Ecce iste venit saliens in mōtibus. Veniendo q̄ppe ad redēptionē nostrā q̄sdā) ut ita dicā) salt9 dedit. Vultis fratres carissimi ipōs eius sal tus agnoscere? De celo venit in uterū. de vtero venit in pre sepe. de p̄sepe venit in crucem de cruce venit in sepulchrum. de sepulchro redit in celū. Ec ce vt nos post se currere face ret! quosdā pro nobis salt9 mani festata p carnē veritas dedit. Quia exultauit ut gigas ad currendum uiā. vt nos ei dice mus ex corde. trahe nos post te. curem9 in odorē vnguen torū tuorū. Vnde frēs carissi mi oportet ut illuc sequamur corde! vbi eū corpore ascēdis se credim9. Desideria terrena fugiam9. nihil nos iā delectet in infimis! q̄ prēm habemus in celis. Et hoc nobis est ma gnopere p pendendū! q̄a is q̄

placidus ascendit: terribilis redit. et quicquid nobis cū mā suetudine pcepit: hoc a nobis cū districtione exigit. Nemo ergo indulta penitentie tēpora par impendat nemo curā sui dū valet agē: negligat. Quia redemptor noster tanto in iudiciū districtior venit: quāto nobis añ iudiciū magnā pacientiā progauit. Hec itaq3 vobiscū frēs agite. hec in mēte sedula cogitatōe versate. Quāuis adhuc rerū pturbatōni b9 aīmus fluctuet: iā tamē spei vestre anchorā in eternā patriam figite. intentionē mētis in vera luce solidate. Ecce ad celū ascendisse dñm audiui9. Hoc ergo seruemus in meditatione: quod credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis: sequamur tñ eum passibus amoris. Nō aūt deserit desideriū nostrū ipe q̄ dedit iesus christus dñs noster. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritussancti deus p oīa secula seculorū.

Lectio sancti euāgelij secū dum iohanē. Ca. xiiij.

IN illo tempore dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonē meum seruabit. et ad eū veniemus. et mansionē apud eū faciemus.

Omelia lectionis eiusdem habita ad ppl'm i basilica sancti petri die sancto penthecostes. xxx.

LIbet frēs carissimi euangelice uerba lectionis sub breuitate trāscurrere. vt post diutius liceat in ɔtēplatione tāte sollēnitatis immorari. Hodie nāq3 spūssčts repētino sonitu super discipulos venit. mētes q3 carnaliū i sui amorē pmutauit. Et foris apparentibus linguis igneis intus facta sunt corda flāmātia. quia dū deū in ignis visione susceperūt: p amorē suauiter arserūt. Ipse nāq3 spiritussanctus amor ē. Vnde et iohānes dicit. deus caritas est. Qui ergo mēte integra deū desiderat pfecto iā habet quē amat. Neq3 enim quisq3 posset deum diligere: si eū quē diligit nō haberet. Sed ecce si q̄s vestrū req̄rit̄ an diligat deū: tota fiducia et secura mēte respōdet. diligo. In ipo aūt lectōnis exordio audistis

quid veritas dicit. Si quis di
ligit me: sermonē meū serua-
bit. Probatio ergo dilectiōis
exhibitio est operis. Hinc in
epistola sua isdē iohānes di-
cit. Qui dicit diligo deū: et mā
data eius nō custodit: mēdax
est. Vere enī diligimus: si ad
mādata ei⁹ a nostris nos vo-
luptatibus coartamus. Nam
qui adhuc p illicita desideria
dif fluit: pfecto deū nō amat.
quia ei in sua volūtate cōtra
dicit. ¶ Et pater me⁹ diliget
eum. et ad eum veniemus. et
māsionē apud eum faciemus
Pensate frēs carissimi quāta
sit ista sollennitas habere i cor
dis hospicio aduentū dei. Cer
te si domū nostrā qsq̃ diues
aut ppotens amicus intraret:
omni festinātia domus tota
mūdaret. ne qd fortasse esset
quod oculos amici intrantis
offenderet. Tergat g° sordes
praui operis: q deo preparat
domū mentis. Sed uidete qd
veritas dicat. Veniemus. et
māsionē apud eum faciem⁹.
In qrūdā etenī corda venit.
et mansionē nō facit. quia per
cōpūctionē quidem dei respe
ctum pcipiūt. sed temptatōis

tēpore hoc ipm quod cōpuc-
ti fuerunt: obliuiscunt. Sic qz
ad ppetrāda peccata redeunt
acsi hec minime planxissent.
Qui ergo deum vere diligit:
qui eius mādata custodit: in
eius corde dominus et venit
et māsionē facit. quia sic eum
amor diuinitatis penetrat: vt
ab hoc amore temptationis
tempore nō recedat. Ille ergo
amat cuius videlicet mentē
delectatio praua ex consensu
nō superat. Nam tanto quisqz
a superno amore disiūgit: qz-
to inferius delectat. Vnde et
adhuc subdit. Qui nō diligit
me: sermones meos nō seruat.
Ad vosmetipsos ergo fratres
carissimi introrsus redite si de
um uere amatis: exqrite. Nec
tamē sibi aliqs credat. quic-
qd sibi animus sine operis at
testatiōe respōdent. de dilecti
one cōditoris lingua mens et
vita reqrāt. Nūqz ē dei amor
ociosus. Operat etenī magna
si est. si vero operari renuit: a-
mor nō est. Et sermonē quē
audistis nō est meus. sed eius
qui misit me patris. Scitis fra
tres carissimi qa ipse q loqt:

vnigenitus filius verbū pris ē et q̇ a seipo nō loquit̄. Ideo sermo quē loquit̄ filius: nō ē filij sed patris. q̇a ipe fili⁹ verbum est pris. hec locutus sum uobis apud uos manēs. Quādo nō maneret apud eos: qui ascensurus ꝓmittit dicens. ecce ego vobiscum sum omib⁹ diebus vsqꝫ ad cōsummationē seculi. Sed verbū incarnatū et manet et recedit. Recedit corpore. manet diuinitate. Apud eos ḡ tunc se māsisse phibet: q̇a qui iuisibili semp potestate pn̄s erat: corpali iā visiōne recedebat. ¶ Paraclitus aūt spūssanct⁹ quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit ōnia et suggeret vobis omnia quecūqꝫ dixero vobis. Nostis plurimi frēs mei quod greca locutiōe pacltus latina aduocatus dr̄. vel cōsolator. Qui idcirco aduocat⁹ dr̄. q̇a ꝓ errore delinquētiū apud iustitiā patris intuenit. q̇ vnius substātie cū patre et filio exorare ꝓ delinquētib⁹ phibetur quia eos q̄s repleuerit: exorātes facit. Vn̄ et paulus dicit. Ipse enim spūs postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Minor vero ē q̇ postulat: q̄ꝫ qui postulat̄. Quomō ḡ spūs postulare dr̄. q̇ minor non est: Sed ipe spūs postulat: q̇a ad postulādū eos q̄s repleuerit inflāmat. Cōsolator aūt idem spūs vocat̄. q̇a de peccati ppetratiōe merētib⁹ dū spē uenie pparat: ab afflictione tristitie mētē leuat. de q̄ recte ꝓmittit̄ Ipe uos docebit oīa Quia nisi isdē spūs cordi assit audiētis: ociosus est sermo doctoris Nemo ḡ docēti homini tribuat: quod ex ore docētis intelligit. Quia nisi intus sit q̇ doceat: doctoris lingua exteri⁹ in uacuum laborat. Ecce unā loquētis vocē oms pariter auditis. nec tn̄ parit̄ sensum audite vocis pcipitis. Cū ḡ vox dispar nō sit: cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligētia. nisi q̇a p hoc quod vox loquētis cōmunit̄ admonet: ē magister interior. q̇ de vocis intelligētia q̄sdā specialit̄ docet: De hac vnctiōe spūs rursus p iohānē dr̄. Sicut vnctio eius docet vos de oībus. Per uocem ergo non instruitur: q̄n mens per spiritum nō ungitur.

Sed cur ista de doctrina homi nũ loq̃mur? quãdo et ipe cõdi tor nõ ad eruditionẽ hominis loquit̃. si eidẽ homini per vn- ctionẽ spũs nõ loquat̃? Certe cain prius q̃ fricidũ opere per petraret: audiuit peccasti quie sce. sed q̃a culpis suis exigen tibus voce est ammonitus nõ vnctione: audire verba dei po tuit. sed seruare ɔtempsit. Re quirendũ vero nobis est: cur de eodem spiritu dicat̃. sugge ret uobis oĩa. cũ suggerere so leat esse minoris. Sed q̃a sug gerere aliq̃n dicimus submi- nistrare: inuisibilis spũs sug- gerere d̃r: nõ q̃ nobis scienti- am ab imo inferat: sed ab oc- culto. Pacem relinquo vobis pacem meã do vobis. Hic re linquo. illic do. Sequẽtibus re linq̃. puenietibus do. ¶ Ecce frẽs carissimi verba sacre lecti onis sub breuitate discussim? nũc in cõtemplationẽ tante fe stiuitatis animũ trãsferamus. Sed q̃a cũ lectione euãgelica vobis ẽ etiã actuũ apostolo- rũ lectio recitata: ex ea g̃ ali- quid in vsum nostre cõtẽpla

tionis trahamus. Audistis enim q̃a spiritussanctus sup discipulos in igneis linguis apparuit oĩumq̧ linguarũ sci- entiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designat. nisi q̃ sancta eccl'a eodem spiritu re pleta oĩum gentiũ erat locutu ra? Qui uero cõtra deũ turrim edificare conati sunt: coĩonẽ vnius ligue pdiderũt. In his aũt q̃ deũ humilit̃ metuebãt: lingue om̃s vnite sunt. Hic g̃ humilitas virtutẽ meruit. illic superbia cõfusionẽ. Sed que- rendũ nobis est: cur spũssan- ctus patri et filio coeternus in igne apparuit. cur in igne simul et linguis. cur aliquãdo in co- lũba. aliquando vero in igne mõstrat̃. cur sup vnigenitũ fi liũ apparuit in colũbe specie. et super discipulos in igne. Ita vt neq̧ super dominum veni- ret in igne. neq̧ super discipu- los monstraretur in columba. Per quatuor itaq̧ hec que ꝓ posuimus: soluẽdo redeamus Patri nanq̧ et filio coeternus spiritus in igne monstratur: quia incorporeus ineffabilis

atq3 inuisibilis ignis est deus
quia attestāte paulo deus nr̄
ignis cōsumēs est. Deus q̄p-
pe ignis dr̄. quia per hūc pecca
toꝝ rubigo cōsumit̄. De hoc
igne veritas dic̄. Ignem veni
mittere in terrā. et q̄d volo ni
si vt ardeat? Terra enī voca
ta sunt corda terrena. que dū
semper infimas in se cogitati
ones cōgerūt: a malignis spi-
ritibus cōculcant̄. Sed ignem
dn̄s in terrā mittit: cū afflatu
sancti spūs cor carnaliū incen
dit. Et terra ardet: cū cor car-
nale in suis p̄us voluptatib⁹
frigidum relinq̄t cōcupiscētias
presentis seculi. et incēdit̄ ad
amorē dei. Bene ergo in igne
apparuit spūs. quia ab omni
corde quod replet: torporem
frigoris excutit. et hoc in desi-
derio sue eternitatis accēdit.
In igneis autem linguis mō-
stratus est q̄a isdem spiritus
coeternus est filio. et habet co
gnationē maximā lingua cū
verbo. Verbum q̄ppe patris
est filius. et quia vna est spi-
ritus et verbi substantia: isdē
spūs monstrari debuit in lin-
gua: vel certe quia per linguā
p̄cedit verbū: in lingua appa
ruit spūs. quia quisq̄s sancto
spū tangit̄: dei uerbū. id ē vni
genitū filiū cōfitet̄. Et negare
dei verbū nō valet: q̄a iā san
cti spūs linguā habet. Vel in
linguis igneis apparuit spirit⁹
quia om̄s q̄s repleuerit: ardē
tes pariter et loquentes facit.
Linguas igneas doctores ha
bent. q̄a dū deū amando p̄di
cant: corda audiētiū inflam-
mant. Nā ociosus sermo do-
centis est: si p̄bere nō valet in
cendium amoris. Hoc doctri
ne incēdium ab ipso veritatis
ore cōceperāt: q̄ dicebāt. Nō
ne cor nostrū ardens erat in no
bis cum loq̄retur in uia et ape
ret nobis scripturas? Ex au-
dito q̄ppe sermone inardescit
animus. torporis frigus rece-
dit. fit mens in superno deside
rio anxia. a cōcupiscētiis terre
nis aliena. Amor verus qui
hāc repleuerit in fletibus cruci
at. sed dū tali ardore cruciat̄:
ipsis suis cruciatibus pascit̄.
Audire ei libet p̄cepta celesti
a. et quot mādatis instruit̄: q̄si
tot facibus inflāmat̄. et que
torpebat prius per desideria:
ardet postmodum per verba.

Vnde bene per moisen dicitur. In dextera eius ignea lex. In sinistra quippe reprobi. qui et ad sinistram ponendi sunt. dextera autem dei appellantur electi. In dextera ergo dei lex ignea est. quia electi mandata celestia nequaquam frigido corde audiunt. sed ad hoc amoris intimi face inardescunt. Sermo ducitur ad aurem. et mens eorum sibimet irata ex interne dulcedinis flamma concrematur. ¶ In columba vero spiritussanctus et in igne monstratus est quia omnis quos repleuerit simplices et ardentes facit. Simplices puritate. ardentes emulatione. Neque enim placere deo aut simplicitas sine zelo: aut zelus sine simplicitate potest. hinc ipsa veritas dicit. Estote prudentes. sicut serpentes. et simplices sicut columbe. Qua in re notandum est quod discipulos suos nec de columba sine serpente nec de serpente sine columba voluit dominus ammonere. quatenus et columbe simplicitatem astutia serpentis accenderet. et serpentis astutiam columbe simplicitas temperaret. Hinc paulus ait. Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudentiam serpentis audiuimus. nunc de simplicitate columbe moneamur. sed malicia paruuli estote. Hinc de beato iob dicitur. Erat vir simplex et rectus. Que est autem rectitudo sine simplicitate. aut que simplicitas sine rectitudine? Quia igitur et rectitudinem docet iste spiritus et simplicitatem: et in igne monstrari debuit et in columba. quatenus omne cor quod eius gratia tangitur: et mansuetudinis lenitate tranquillum et zelo iusticie accensum fiat. ¶ Ad extremum vero querendum est. cur in ipso redemptore nostro mediatore dei et hominum per columbam apparuit. in discipulis vero per ignem. Certe vnigenitus filius iudex est generis humani. sed quis eius iusticiam ferret: si priusquam nos per mansuetudinem colligeret: culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? Homo igitur pro hominibus factus mitem se hominibus prebuit. Noluit peccatores ferire. sed colligere Prius voluit mansuete corripere: ut haberet quos post modum in iudicio saluaret. In columba igitur

super eum apparere debuit spi ritus. qui nõ veniebat vt pecca ta iam p zelum percuteret: sed adhuc p mãsuetudinem tole raret. At cõtra super discipu los in igne debuit sanctus spi ritus demõstrari: vt hi q̃ erãt simpliciter homines atq3 ideo peccatores eos cõtra semetip sos spiritalis feruor accende ret. et peccata quibus deus p mãsuetudinẽ parceret: ipsi in se per penitẽtiã punirent. Nec ipsi q̃ppe esse poterãt sine pecca to. q̃ adherebant celesti magi sterio iohãne attestãte qui ait Si dixerimus q̃a peccatũ nõ habemus: nosipos seducimus et veritas in nobis nõ est. In igne ergo venit in hominibus in columba vero apparuit i do mino. q̃a peccata nostra que pie dñs per mãsuetudinẽ tole rat: nos per zelum rectitudinis debemus caute cõspicere. et ar dore semper penitẽtie cremare Igr̃ p columbã spũs in redẽ ptore mõstratus est. per ignẽ vero in hoĩbus. quia quã to nobis nr̃i iudicis facta est seueritas tẽperata: tãto erga se debet fieri nr̃a infirmitas accẽ sa. Quatuor itaq3 ꝓpositionũ expleta ratõe: ad dona eiusdẽ spũs cõtẽplanda trãseamus. de isto quippe spũ scriptũ est. Spũs eius ornauit celos. Or namẽta eni celoꝝ sunt virtu tes p̄dicantiũ. Que videlicet ornamẽta paulus enumerat dicens. Alij dat̃ p spiritũ ser mo sapiẽtie. alij sermo sciẽtie secũdum eũdẽ spiritũ. alteri fi des i eodẽ spiritu. alij gr̃a sa nitatũ i vno spũ. alij operatio virtutum. alij ꝓphetia. alij di scretio spũum. alij genera lin guaꝝ. alij interpretatio sermo nũ. hec autem omnia operat̃ vnus atq3 idem spiritus: diui dens singulis, ꝓut uult. Quot ergo sunt bona predicantium tot sunt ornamenta celorum. Hinc rursus scriptum est. ver bo domini celi firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virt⁹ eorum. verbum eni domini filius est patris. sed eosdẽ ce los videlicet sanctos aposto los vt tota simul sancta trini tas ostẽdatur operata: repẽte de sancti spiritus diuinitate adiungitur. Et spiritus oris eius omnis virtus eorum.

Celoꝝ ergo virtus de spiritu sumpta est· quia mūdi huius potestatibus cōtrarie nō p̄su-merēt/ nisi eos sancti spiritus fortitudo solidasset· Quales nāqꝫ doctores sancte ecclesie ante aduētum huius spūs fu erit/ scim⁹· et post aduētū illi⁹ cuius fortitudinis facti sint/ cō spicim⁹· Certe iste ip̄e pastor ecclesie ad cuius sacratissimū corp⁹ sedemus/ quāte debili-tatis q̄ꝫteqꝫ formidinis an̄ ad uentū spirit⁹ fuerit/ ancilla o-stiaria requisita dicat· Vna eni mulieris voce percussus dū mori timuit/ vitam nega-uit· Et tunc petrus negauit in terra/ cū latro cōfitet̃ in cruce· Sed vir iste tante formidinis qualis post aduentū spiritus extitat/ audiamus· fit ꝯuētus magistratus atꝫ senioꝝ cesis denūtiat̃ apostolis/ ne in noīe iesu loqui debeāt/ petr⁹ magna auctoritate respōdit· obedire oportet deo/ magis q̄ꝫ homini bus· Et rursus· si iustū est in ꝯspectu dei uos peti⁹ audire q̄ꝫ deū/ iudicate· Nō eni possum⁹ que vidimus et audiuimus/ nō loqui· Et illi q̄dem ibant

gaudētes a cōspectu concilij· qm̄ digni habiti sunt ꝓ noīe iesu cōtumeliā pati· Ecce gau det petrus in verberib⁹/ q̄ ante in verbis timebat· et q̄ prius ancillam voce req̄situs timuit post aduētū sancti spūs vires p̄ncipiū cesus premit· Libet oculos fidei in virtutē opificis huius attollere· atqꝫ sparsim patres testamēti noui ac ve-teris cōsiderare· Ecce apertis eisdē ocl'os fidei dauid amos danielē petrū paulū matheū intueor/ et sanctus iste spiritus q̄lis sit artifex ꝯsiderare uolo· sꝫ in ipsa mea ꝯsideratione de ficio· implet nāqꝫ citharedum puerū et psalmistā facit· Im-plet pastorē armentariū sico-meros vellicātem· et ꝓphetā facit· Implet abstinētē puerū· et iudicē seuū facit· Implet pi scatorē· ⁊ predicatorem facit· Implet ꝑsecutorē· et doctorē gentiū facit· Implet publica-nū· et euāgelistā facit· O qua lis est artifex iste spiritus· nul-la ad discendum mora agit̃· in omne quod voluerit mox vt tetigerit/ mentē docet· solū qꝫ tetigisse docuisse est· Nam

humanū animū subito vt il-
lustrat· inmutat· abnegat hoc
repēte qđ erat· exhibet repēte
qđ nō erat· Pēsemus scōs pre
dicatores nr̄os q̄les hodier-
na die repente q̄les fecit· Cer
te q̄ in vno cōclaui ꝓ iudeoꝝ
metu residebant· natiuitatis
sue singuli linguā nouerāt· et
tn̄ nec ea ipa ligua quā noue
rāt· aꝑte christū loq̄ p̄sume-
bāt· Venit sp̄us· et in ore eos
p diuersitatē liguarū docuit·
In mente aūt ex auctoritate
roborauit· Ceperūt et in alie-
na christū loq̄· q̄ de illo prius
et in sua ligua loq̄ metuebāt·
Inflāmatū eteni cor despexit
tormeta corpis q̄ āte metue
bat· Vicit vi carnalis formi-
dinis ꝓ amore cōditoris· Et
qui prius suis aduersarijs suc
cūbebāt formidie· eis iā p̄e-
rāt auctoritate· Qui g° in tāte
eos celsitudinis culmē erexit·
q̄d aliud dixeri· nisi ꝗ mētes
terrenorū hominū celū fecit·

Pēsate fr̄es carissimi post
incarnationem vnigeniti filij
dei q̄lis sit hodierna sollenni-
tas de aduentu spirit⁹ sancti·
sicut eni illa· ita quoqꝫ et hec
ē honorabilis· In illa quippe
deus in se permanēs suscepit
hominem· in ista vero homi
nes venientem de super susce
perūt dn̄i· In illa deus nat̄ali
ter fact⁹ ē hō· in ista homiēs
facti sunt per adoptionē dij·
Si ergo manere carnales in
morte nolumus· hūc fr̄es ca
rissimi viuificantem spiritum
nescit· dicit fortasse aliquis
carnali apud se cogitatione·
q°modo diligere valeo· quē
ignoro· Hoc et nos ꝯcedim⁹
q̄a mens visibilibus intenta
videre nescit inuisibilē· Nul
la enim nisi visibilia cogitat
eaqꝫ et cū nō agit eorū ima
gines intros⁹ trahit· dumqꝫ
in imaginibus corporis iacet
surgere ad incorporea nō va
let· Vnde fit· vt tanto deteri
us creatorem nesciat· quāto
in cogitatione sua familiari⁹
corporeā creaturā portat· Sꝫ
cū deū videre nō possumus·
habemus aliq̄d qđ agamus
Vnde magis inter fiat quo
ad eū nr̄e intelligentie ocul⁹
veniat· Certe quē in se vide
re nullo mō valemus· hūc in
seruis suis videre iā possum⁹

Quos dū mira cōspicimus a-
gere certū nobis fit in eorū mē
tibꝫ deū habitare. In re autē
incorporea a rebus corporali
bus visum trahamus. Nemo
eteni nrm̄ orientē clare solē in
spera illius intēdēdo valet cō
spicere. qz tēsi in eiꝰ radijs ocu
li reuerberātꝰ. Sed sole illustra
tos mōtes aspicimus. et quia
iā sol ortus ē: videmus. Quia
ergo solē iusticie in seipso vide
re nō possumꝰ illustratos mō-
tes claritate illius videamus.
sāctos videlicet apostolos q̄
virtutibus emicant miraculis
coruscāt. quos nati solis claritas
pfudit. et cū in se ipso sit inuisi
bilis: per eos nobis quasi per
illustratos mōtes. se visibilē
prebuit. Virtus enī diuinitatis
in se quasi sol in celo ē. Virtus
diuinitatis in hominibꝰ sol in
terra. Solē ergo iusticie intuea
mur in terra: quē videre nō pos
sumꝰ in celo. Vt dū in offenso
pede opis p hunc gradimur in
terrā. ad intuēdū illū quādoqꝫ
oculos et in celū leuemꝰ. Sed
inoffenso pede iter nostrū in ter
ra agitꝰ: si deus ac ꝓximꝰ inte-
gra mēte diligatꝰ. Nec dñs e-
ni vere sine ꝓximo, nec ꝓximus
vere diligitꝰ sine deo. Hinc est
q sicut in alio sermōe iā dixi-
mꝰ: idē spiritus secūdo legitur
discipulis datꝰ. Prius a dño i
terra degente. postmodū a dño
celo presidēte. In terra quippe
vt diligatꝰ ꝓximꝰ. e celo vero
vt diligatꝰ deus. Sed cur prius
in terra postmodum e celo: nisi
q patēter datur intelligi, quia
iuxta iohānis vocē, q̄ frēm nō
diligit quē videt deum quem
nō videt quō nō potest diligere?
Diligamus ergo proximū fra
tres. amemus eū, q̄ iuxta nos
ē. vt peruenire valeamus ad
amorē illius q̄ super nos ē. Me
ditetꝰ mēs in ꝓximo: qđ exhi-
beat in deo. vt perfecte merea-
mur i deo gaudere cū proximo.
Tunc ad illā supne frequētie
leticiam perueniemus: de qua
nūc scti spiritus pignus accepi
mus. Ad istū finem toto amo
re tendamus. in quo sine fine
letabimur. Ibi supernorum ci
uium societas sancta. ibi sollē
nitas certa. ibi requies secura
ibi pax vera que nobis iā nō
relinquitur: sed datur. per do-
minum.

89

Lectio sancti euāgelij secū dum lucam. Ca. xiij.

IN illo tempore dicebat iesus turbis similitudinē hanc. Arborē fici habebat quidam plantatā in uinea sua. et venit querēs fructū in illa. et nō inuenit. dixit autē ad cultorē vinee. Ecce anni tres sunt ex quo uenio q̄rens fructū. etc.

Omelia lectiōis eiusdē habita ad p̄p̄l'm i basilica sancti laurētii martiris. xxxi.

DOminus et redemptor noster per euāgeliū suū aliquādo verbis loquit̄. aliquādo rebus. aliquādo verbis aliud. atq; aliud rebus. aliquādo autē hoc verbis q̄d rebus. Duas eteni res ex euāgelio fratres audistis. ficulneā infructuosam. et mulierē curuā. et vtriq; rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinē: istud egit p exhibitionē. Sed hoc significat ficulnea infructuosa: quod mulier iclinata. et hoc ficulnea reseruata: quod mulier erecta. dominus vinee tertio venit ad ficulneā. et fructum minime inuenit. et mulier que erecta est: decem et octo annis fuerat curua. hoc aūt. x. et viij ānorum numerū signat: q tertio dn̄s uinee ad ficulneā infructuosā venisse perhibet̄. Quia ergo p̄mittendo summatim totā per stringimus: iā per lectiōis ordinē singula disseramus. Arborē fici habebat q̄dā plātatā i vinea sua. et venit q̄rens fructū in illa. et nō inuenit. Quid arbor fici nisi humanā naturā designat? Quid mulier inclinata nisi eādē naturā significādo denūtiat? Que et bene plātata est sicut ficus. et bn̄ creata sicut mulier. sed in culpam p̄pria sponte lapsa neq; fructum seruat operatiōis neq; statum rectitudinis. Ad peccatū q̄ppe ex voluntate corruens q̄a fructū obedientie ferre noluit: statū rectitudinis amisit. que ad dei sil'itudinē cōdita dū in sua dignitate nō p̄stitit: q plātata vl' creata fuerat seruare cōtēpsit. Tertio dn̄s vinee ad ficulneā venit. q̄a naturā gn̄is h'uani an̄ legē sub lege sub gratia expectando ammonendo uisitando requisiuit. Dixit ad cultorē vinee.

Ecce anni tres sunt ex quo ve
ni fructum querens i ficulnea
hac et non inuenio. Venit an
te legem q2 parcẽdo sustinuit
quia per naturalem intellectũ
quid vnusquisq3 exemplo sui
qualiter erga proximum agere
debuisset innotuit. Venit in
lege. quia precipiendo docuit.
Venit post legem p gratiã q2
pietatis sue presentiam exhi-
bendo monstrauit. S3 tamen
in tribus annis fructum se nõ
inuenisse conquerentur. quia q°-
rundam prauorum mentes.
nec inspirata lex naturalis cor
rigit. nec precepta erudiunt.
nec incarnationis eius mira-
cula conuertunt. Quid vero
per cultorem ficulnee nisi pre-
positorum ordo exprimitur?
Qui dum presunt ecclesie nimi-
mirum dominice vinee curã
gerunt. Huius enim vinee pri
mus cultor petrus apostolus
extitit. Hunc nos indigni se-
quimur. in quantum pro eru-
ditione nostra, docendo, predi-
cãdo, increpãdo laboramus
S3 cũ magno iã timore audi-
endũ est. quod cultori dicitur.
succide eã. vt quid etiã terrã
occupat? Vnde quisq3 iuxta mo
dũ suũ in quãtũ locũ vite pre
sentis tenet si fructũ bone ope
rationis nõ exhibet velut ifru-
ctuosa arbor terram occupat.
q2 in eo loco i quo ipse est alijs
operãdus occasionẽ negat. S3
in hoc seculo potens quilibet si
fructũ nõ habet operationis bo
ne etiã impedimentũ prestat
ceteris. quia quicũq3 sub ipso
sunt exẽplo prauitatis illius
q̃si vmbra peruersitatis eius p̃-
muntur. Stat desu p arbor infru-
ctuosa. et subter terra sterilis
iacet. Infructuose arboris desu
per vmbra densatur. et solis radi
us ad terrã descẽdere nequaq̃3
permittitur. quia dum subiecti
quilibet patroni peruersi per-
uersa exempla conspiciunt ip-
si quoq3 infructuosi remanen-
tes veritatis lumine priuan-
tur. Et pressi verba calorẽ so-
lis non aspiciunt. quia inde re
manent adeo frigidi vnde in
hoc seculo male proteguntur.
Sed de hoc peruerso quolibet et
potente pene iam requisitio de-
o non est. Postq̃3 enim se per-
didit querendum solummo-
do est cur et alios premit. Vñ

bū eiusdē vinee dn̄s dicit. vt q̄d etiā terrā occupat? Terrā q̄ppe occupat: q̄ mentes alie-nas grauat. Terrā occupat: q̄ locū quē tenet i bonis opibus nō exercet. Sz tamē nr̄m est p talibus depcari. Nā cultor vi-nee q̄d dicat audiamus. Dn̄e dimitte illā ⁊ hoc āno vsqȝ dū fodiā circa illā. Quid ē circa ficulneā fodere. nisi infructuo-sas mentes increpare? Omnis q̄ppe fossa in imo ē. et nimirū increpatio dū mētē sibi demō strat: humiliat. Quotiēs ergo aliquē de peccato suo corripi-mus: q̄si ex culture debito circa infructuosam arborē fodim9. post fossionē vero quid dicat audiamus. Et mittā cophi-nū stercoris. Quid cophinus stercoris nisi memoria pecca-torū? Peccata eteni carnis ster cora vocant̄. Vnde et p pphe tā d̄r. Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere ē: carnales q̄sqȝ i fetore luxu-rie vitā finire. Nos itaqȝ q̄n ēs carnalē mētem de suis pecca-tis increpamus: q̄n ēs ad eius memoriā uitia anteacta redu cimus: q̄si infructuose arbori cophinū stercoris versamus. vt malorū que egit: recolat. et ad cōpūctionis grāz q̄si de fe tore pinguescat. Mittit̄ ergo cophinus stercoris ad radicē arboris: q̄n prauitatis sue cō-scientia tangit̄ memoria cogi tationis. Cunqȝ se p penitentiā ad lamenta mēs excitat: cun-qȝ ad bone operationis gratiā reformat: quasi p tactū sterco ris redit ad fecunditatē operis radix cordis. Plāgit quod fe-cisse se meminit. displicet sibi qualē fuisse se recolit. Intentio nē otra se dirigit. atqȝ ad me-liora animū accendit. Ex feto re ergo ad fructū reuiuiscit ar-bor. qȝ de consideratione pec-cati ad bona se opa resuscitat animus. Et sunt plerīqȝ qui in crepationes audiunt. et tamē ad penitentiā redire otemnūt. et infructuosi deo in hoc secl'o virides stant. Sed audiamus q̄d ficulnee cultor adiūgat. Si q̄dē fecerit fructū. sinaūt: in fu turo eā succides. Quia pfecto q̄ hic non vult ad fecūditatē pinguescere per increpationē: illac cadet unde iā resurgere p

penitētiā nō valet. et in futuro succidet̃. q̃uis hic sine fructu viridis stare videat̃. ¶ Erat autē docens in sinagoga sabbatis. et ecce mulier que habebat spūm infirmitatis annis decē et octo. Paulo ante iam diximus. q̄a hoc erat trin⁹ aduentus dn̄i ad infructuosam ficulneā quod. x. et viij ānoꝝ numerus ad curuā mulierem signat. Sexto enī die homo factus est. atq₃ eodē sexto die opa dn̄i cūcta pfctā sūt. senarius autē numerus in trigonū ductus. x. et viij. facit. Quia ergo homo q̄ sexta die factus est perfecta opera habere noluit: sed ante legem sub lege. atq₃ in exordio inchoātis gratie infirm⁹ extitit: x. et viij. annis curua fuit mulier. Et erat inclinata. nec omnino poterat sursum respicere. Omnis peccator terrena cogitās celestia nō requirens sursum respicere nō valet. quia dum desideria inferiora sequitur: a mētis sue rectitudine curuat̃. et hoc semper videt: quod sine cessatiōe cogitat. Ad corda vestra fratres carissimi redite quid honis omnibus in cogitationib⁹ vestris voluatis semper aspicate. Alius de honorib⁹. alius de pecuniis. alius de prediorū ambitu cogitat. Hec cūcta in imo sunt. et quādo mens talibus implicat̃: ab status sui rectitudine flectit̃. Et quia ad celeste desideriū nō assurgit q̄si mulier inclinata sursum respicere neq̄q̃ potest. Sequitur Hanc cū videret vel vidisset iesus: vocauit ad se. et ait illi. Mulier dimissa es ab īfirmitate tua. et imposuit illi manū et cōfestim erecta est. Vocauit. et erexit. quia illuminauit et adiuuit. vocat sed nō erigit qn̄ quidem per eius grām illuminamur. sed exigētibus nostris meritis adiuuari nō possumus. plerūq₃ enī videmus: que agēda sunt. sed hoc opere nō implemus. Nitimur et infirmamur. mētis iudiciū rectitudinē ɔspicit. ſ ad hāc opis fortitudo succūbit. q̄a nimiꝝ iā de pena pcti ē ut ex dono q̄ dē possit bonū cōspici sꝫ tn̄ ab eo qđ aspicit̃: ɔtigat p meritū repelli. vsitata etenī culpa obligat mentem: vt nequaq̃ surgere possit ad rectitudinem.

conatᷣ & labitᷣ: q2 vbi spõte diu persistit: ibi et cũ noluent coacta cadit. bene de hac nr̃a incuruatõe ex typo hũani ge neris p psalmistã d2. Incur uatus sum. et huiliatus sum vsqꝫq̃qꝫ. contẽplatus nãqꝫ ꝙ ad supnã lucẽ intuẽdã hõ cõ dit⁹ fuerat: sꝫ peccatis exigẽ tib⁹ foras missus mentis sue tenebras portat: supna nõ ap petit. i infimis intẽdit. celestia nequaq̃ꝫ desiderat: trena sem per in aĩm versat. Hoc q̃d de suo genere doluit: i sermõe excla mauit dicẽs. Incuruatus sum. et hũiliat⁹ sum vsqꝫq̃qꝫ. Con tẽplationẽ nãqꝫ celestiũ pdẽs si sola carnis necessaria hõ co gitaret: incuruat⁹. et hũiliatus esset. sꝫ vsqꝫq̃qꝫ esset. Quẽ er go a supnis cogitationib⁹ nõ solũ necessitas deicit sꝫ etiã vo luptas illicita sternit: non solũ incuruat⁹, sꝫ vsqꝫq̃qꝫ incurua t⁹ ẽ. Hinc ali⁹ ꝓpheta de imũ dis spiritibus dicit. Qui dixe rũt aĩe tue incuruare vt trãsea mus. Recta quippe stat aĩa: cũ supna desiderat. & neq̃q̃ꝫ fle ctitᷣ ad ima. Sꝫ maligni spirit⁹ cũ hãc in sua rectitudine stare cõspiciũt: per eã trãsire nõ pos sunt. Trãsire nãqꝫ eorꝝ ẽ: i im mũda illa desideria spgere. di cũt g° icuruare vt trãseam⁹: q2 si ipa se ad ima appetẽda nõ deiicit: cõtra hãc illorꝝ puersi tas nl' latenus dualescit. Et trã sire p eã nequeunt: quã cõtra se rigidã i supna intentõe per timescũt. Nos ergo fratres ca rissimi nos viã malignis i no bis spiritib⁹ dam⁹: cũ terrena cõcupiscimus. cũ ad tẽporalia appetẽda curuamur. Pudeat ergo trena cõcupiscere. et dor sa mẽtũ ascẽdẽtib⁹ aduersa riis pbere. Terrã semp intue tur q̃ curuus ẽ. & q° pmio sit re dẽpt⁹ nõ meminit: q̃ ima querit Hinc etiã per moysen d2. vt q̃ gibbo pmitᷣ neq̃q̃ꝫ ad sacer dotiũ pueharᷣ. Et q̃tq̃t christi sanguĩe redẽpti sum⁹: mẽbra eiusdẽ summi sacerdotis effi cimur. Vñ nobis p petrũ dici tur. Vos aũt gen⁹ electũ re gale sacerdotiũ. Sed q̃ gibbũ tolerat: ima sp intuetᷣ. A sacer dotio g° repellitᷣ. q2 q̃sq̃s solis terrenis intentus est ipse sibi testis ẽ ꝙ membrum summi sacerdotis non est. Hinc rur-

fus pisces q̄ pennulas nō habent: ab esu fidelis populi prohibent̄. Pisces q̄ppe qui pēnulas habēt: squamarum dare saltus etiā sup aq̄s solent. Quid ergo pennatis piscib⁹ nisi electe anime figurant̄? Que perfecto sole in celestis ecclesie corpus trāseunt: que mō virtutum pennulis fulte saltus dare p celeste desiderum sciunt. vt superna p cōtemplationē appetāt. q̄uis in seipis iterum ex mortali carne relabant̄. ¶ Si ergo iam bona celestis patrie agnouimus: displiceat nobis fratres carissimi q curui sum⁹ Ponat̄ añ oculos mulier curua. et arbor infructuosa. Reminiscamur malorum q̄ fecim⁹ mittamus ad radicem cordis cophinū stercoris. vt tunc in retributiōis fructu pinguescat quod nobis hic p penitentiā fatebat. Et si virtutū summa operari nō possumus: ipe deus nr̄o gaudet lamēto. Ex ipa ei iustitie inchoatione placebimus: q̄ iniusta que fecimus punimus. Nec mora erit i flentibus. q̄a tergēt citius transeūtes lachrymas gaudia mansura. Per dn̄m nostrum amē.

¶ Lectio sancti euāgelij secū dum matheū. Ca. xvi.

In illo tpe dixit iesus discipulis suis. Si q̄s vult post me uenire abneget semet ip̄m. et tollat crucem suā. et c.

¶ Omelia lectōis eiusdē habita ad ppl'm i basilica sanctorum pcessi et martiniani. xxxij.

rissimi me loquente introrsus
vos ad vosmetipsõs reducite.
secretoꝝ vestroꝝ menta cogi
tationesqꝫ discutite. Videte
si q̊d iam boni vobiscũ intus
agitis. videte si in numero ho
rum agminũ (que breuit̃ tan-
gendo pstrinximus) sortẽ ve-
stre vocationis inuenitis. Ve
aũt anime que in se de his bo
nis que enumerauimꝰ mini-
me aliquid recognoscit. Eiqꝫ
adhuc re deterius imminet? si
et puatã se donis intelligit. et
nequaq̃ꝫ gemit. Quisq̊s ergo
talis est fratres mei? gemen-
dus est valde quia nõ gemit.
Pensemꝰ ꝰ accepta electorũ
munera. et virtute qua possuꝰ
ad amorẽ tãte sortis anhele-
mus. Qui in se donoꝝ gratiã
minime recognoscit? gemat.
Qui vero in se minora cogno

sat: aliis maiora nõ inuideat. Quia et superne ille distinctiones beatorum spirituum ita sunt cõdite: vt alie aliis sint prelate. Fertur uero dionysius ariopagita antiquus uidelicet et venerabilis pr̃ dicere: quod ex minorum angelorum agminibus foris ad explendũ ministeriũ uel visibiliter vel inuisibiliter mittuntur. scilicet quia ad humana solatia aut angeli aut archãgeli veniũt. Nam superiora illa agmina ab intimis nũquam recedũt quoniam ea que preeminent: vsum exterioris ministerij nequaquam habent. Cui rei illud videtur esse cõtrariũ. quod isaias dicit. Et volauit ad me vnus de seraphin. et in manu eius calculus quem forci petulerat de altari. et tetigit os meũ. Sed in hac prophete sententia vult intelligi quia hi spũs qui mittũtur eorum vocabulũ percipiũt: quorum officium gerũt. Quia enim vt peccata locutiõis incendat: de altari angelus carbonẽ portat: seraphin vocatur. quod incendiũ dicitur. Huic autẽ sensui et illud creditur nõ incõueniẽter opitulari quod per danielem dicitur.

Milia miliũ ministrabant ei. et decies milies centena milia assistebãt ei. Aliud nãque est ministrare. aliud assistere. Quia administrãt deo: qui ad nos nũciãdo exeunt. Assistunt vero: qui sic cõtẽplatiõe intima perfruuntur: vt ad explenda foras opera minime mittantur. Sed quia in quibusdã scripture locis quedam per cherubin quedẽ vero per seraphin agi didicimus: vtrum per se hoc faciãt: an per subiecta agmina agatur: que sicut dicitur in eo quod in maioribus veniunt: maiorum vocabula sortiũtur: nos affirmare nolumus quod apertis testimoniis nõ approbamus. hoc tñ certissime scimus: quia ad explendũ de superniis ministeriũ alij spũs alios mittunt. zacharia scilicet propheta testãte. qui ait. Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur. et ecce alius ãgelus egrediebatur in occursum eius. et dixit ad eũ. Curre et loquere ad puerum istũ dicẽs. absque muro habitabitur ierusalẽ. Dum enim angelus ad angelum dicit curre et loquere: dubium non est quia alius alium mit

tit· Minora vero sunt q̄ mittunt̄: q̄ que mittunt· Sed hoc quoq̄ de ipsis agminibus q̄ mittunt̄ certum tenemus: q̄a et cum ad nos veniūt: sic exterius implent ministerium: vt tamē nūq̄ desint interius per cōtemplationem· Et mittunt̄ igit̄ et assistunt· q̄a et si circūscriptus est angelicus spiritus summus tamē spūs ipse q̄ dominus est: circūscriptus nō est Angeli itaq̄ et missi ante ipsum sunt· quia q̄libet missi veniūt· intra ipsum currūt· Sciendum q̄q̄ est: q̄ plerūq̄ ipi beatorꝫ spirituū ordines vicinorum sibi ordinum vocabula sortiunt̄· Thronos eteni scilicet sedes dei specialem beatorū spūum ordinem diximus· et tamen per psalmistam d̄r· Qui sedes super cherubin: apparere· Quia videlicet dum in ipsis distinctionib⁹ agminum cherubin throno iungit̄: sedere etiā super cherubin dominus ex vicini agminis eq̄litate perhibetur· Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quedā singulorꝫ sunt: ut tamē sint cōmunia oīum· Et quod in se ex parte q̄sq̄ habet: hoc

in alio ordine totum possidet· Sed idcirco vno eodēq̄ vocabulo cōmuniter nō censent̄ vt ille ordo vocari p̄uato vnius cuiusq̄ rei noīe debeat· q̄ hāc in munere pleni⁹ accepit· Serapin nāq̄ incēdiū diximꝰ et tn̄ amore conditoris simul om̄s ardēt· cherubin vero plenitudinē sciētie· et tn̄ q̄s ibi aliq̄d nesciat: vbi ipm̄ om̄s simul fontē sciētie deū vident: Throni illa agmina q̄q̄ quibus cōditor p̄sidet: vocantur· sed beatus esse q̄s potest: nisi creator suus eius menti p̄sideat: Que ergo ex parte ab oībus habent̄: eis in p̄uato nomine data sunt: q̄ hoc in munere plenius acceperūt· Nam et si qua illic sic aliȷ̄ habebat· vt haberi ab aliis neq̄q̄ possint: sicut speciali noīe dn̄ationes et principatus vocāt̄: cuncta ibi singulorꝫ sunt: quia per caritatē spūs ab alio in aliis habent̄ ¶ Sed ecce dum celestiū ciuiū secreta rimamur: ab expositiōis nostre ordine longe digressi sumus· Suspiremus ergo ad eos de q̄bus loq̄mur ꝑ redeamus ad nos· meminisse eteni debem⁹: q̄ caro sum⁹

Taceamus interim de ſecretis
celi. ſed ante cōditoris oculos
manu penitētie tergamus ma
culas pulueris nr̄i. Ecce ipſa
diuina miſericordia pollicetur
dicens. Gaudiū erit in celo ſu
per vno peccatore penitētiam
agente. et tñ per ꝓphetā dñs
dic̄. Quia quacūq; die iuſtus
peccauerit: om̄s iuſtitie eius ī
obliuione erunt corā me. Pen
ſemus ſi poſſumus diſpenſati
onē ſuperne pietatis ſtantibuſ
ſi ceciderint: minatur penam.
Lapſis vero vt ſurgere appe-
tant: promittit miſericordiā.
Illos terret: ne preſumāt in bo
nis. iſtos refouet: ne deſperent
ī malis. Iuſtus es irā pertime
ſce ne corruas. peccator es pre
ſume de miſericordia ut ſurgaſ
Ecce iā lapſi ſumus. ſtare ne-
q̄q̄; valeamus. In prauis nr̄is
deſiderijs iacemus. q̇ nos cō-
didit rectos: adhuc expectat.
et ꝓuocat ut ſurgamus. Sinū
ſue pietatis aperit. noſq; ad ſe
recipere ꝑ penitentiā q̄rit. Sed
penitētiam agere digne nō poſ
ſumus: niſi modū q̊q; eiuſdē
penitētie cognoſcamus. Peni
tentiā q̇ppe agere eſt ⁊ ꝑpetra

ta mala plangere. ⁊ plangen-
da non ꝑpetrare. Nā qui ſic
alia deplorat vt tñ alia cōmit
tat: adhuc penitentiā agē aut
diſſimulat. aut ignorat. Quid
eni ꝓdeſt ſi peccata quis luxu
rie defleat. ⁊ tñ adhuc auari-
tie eſtib⁹ anhelat? Aut q̇d ꝓ
deſt ſcire culpas iā lugeat. et
tñ adhuc ī inuidie facib⁹ tabeſ-
cat? Sed minuſ ē valde q̊d di
cimus. vt q̇ peccata deplorat:
plorādo minime cōmittat. et
qui plāgit viciū ꝑpetrare vi-
cia timeat. Nam cogitādum
ſummopere eſt: vt q̇ ſe illicita
meminit cōmiſiſſe: a q̇buſdā
etiam licitis ſtudeat abſtinere
quatenus ꝑ hoc cōditori ſuo
ſatis faciat. vt q̇ cōmiſit ꝓhi
bita: ſibimet ipſi abſcidere de
beat etiam conceſſa. Et ſe repℏē
dat ī minimis qui ſe meminit
in maximis deliquiſſe. Mini
ma ſunt que loquor: ſi hec ex
ſacri eloquij nō teſtimonijſ af
firmo. lex certe veteris teſta-
menti alienā vxorē cōcupiſci
ꝓhibet. A rege vero fortia iu
beri militibus vel deſiderare a
quam non penaliter vetat. et
cuncti nouimus: q̊d dauid cō

cupiscentie mucrone trāfixus
alienā cōiugē ↄcupiuit· et ab
stulit· Cuius culpā digna ver
bera sūt secuta· et malū qđ ppe
trauit: p penitētie lamēta cor-
rexit· Qui cū longe post cōtra
hostiū cuneos sederet: aquā
bibere de bethleemitica cister-
na ex desiderio voluit· Cuius
electi milites iter cateruas ad
uersantiū medias erumpētes
aquā quam rex desideraue-
rat: illesi detulerunt· Sȝ uir fla-
gellis eruditus semetipsum ꝓ
tinus cū periculo militū aquā
desiderasse reprehēdit· eamqȝ
domino fundens libauit· sicut
illic scriptū est· libauit eā dn̄o.
In sacrificio quippe dn̄i effusa
aqua cōuersa est quia culpā
cōcupiscētie mactauit p peni
tentiā rephensiōis sue· Qui ergo
quōdā cōcupiscere alienā cō
iugē nō timuit: post etiā q̄a a
quā ↄcupiscet expauit· Quia
enī se illicita ppetrasse memi-
nerat: cōtra semetipm iā rigi
dus etiā a licitis abstinebat.

¶ Sic sic agamus penitētiā· si
ea q̄ cōmisimus pfecte deplo-
ramus· Pensemus sup nos di
uitias conditoris nr̄i· peccare
nos vidit et ptulit· q̄ nos an̄
culpā peccare ꝓhibuit: etiam
post culpā expectare ad ueniā
nō desistit· Ecce ip̄e nos quē
despeximus vocat· Auersi ab
illo sumus· et tn̄ non auertit̄.
Vnde bn̄ p isaiā đr· Et erūt
oculi tui videntes preceptorē
tuū· et aures tue audiēt vocē
post tergū mouētis· Quasi in
faciē hō est monitus: qn̄ ad
iustitiā cōditus p̄cepta recti-
tudinis accepit· Sed cū hec ea
dē p̄cepta cōtempsit: q̄si ↄdi-
toris suo dorsum mētis in fa
ciē dedit· Sed ecce adhuc post
tergū sequit̄· et monet q̄a iā
et a nobis cōtemptus est: et
tn̄ nos adhuc uocare n̄ cessat
Quasi dorsum ei in faciē dedi
mus: cuius verba despicimus
cuius p̄cepta calcamus· Sed
stans post tergū nos auersos
reuocat· qui et uidet qđ despi
cit̄· et tn̄ p p̄cepta clamat· per
patientiā expectat· Pensate ergo
frēs carissimi si cuilibet vestrū
loquēti famulus suus subito
supbiret: t'ga in faciē mitteret
nūq̄d nō ↄtēptus dn̄s eius su
pbiā ferret uulnera districte
aīauersiōis inflīgēt: ecce nos
peccādo auctori nr̄o terga in
faciē dedim⁹· et tn̄ sustinemur

Superbe auersos benigne reuocat et q̄ ferre nos aduersantes potuit: vt reuertamur munera ꝓmittit. Tanta enim cōditoris nostri misericordia durītiā nostri reatus emolliat et hō qui malū quod fecit expenre ꝑcussus poterat: salti expectat⁹ erubescat

Rem fr̄es breuiter refero quā viro venerabili maximiano tūc patre monasterij mei atqꝫ presbitero nūc aūt siracusano episcopo narrante cognoui. Hāc aūt si solerter auditis: caritati nostre breuiter suffragari credo. Nostris mō tēpibus uictorinus quidā extitit q̄ alio qꝫ noīe emilianus appellatus est nō inopis substātie iuxta mediocritatē uite: sed q̄a plerūqꝫ regnat in rerū opulētia, carnis culpa: in quodā facinore lapsus est: q̄d debuisset valde ꝑtimescere ac de sue mortis immanitate cogitare. Reatus g° sui ꝯsideratiōe cōpunctus, erexit se cōtra se mūdi huius oīa relīq̄t monasterū petiit. In q° nimirū monasterio tāte humilitatis, tāteqꝫ sibi districtionis extitit: vt cūcti fr̄es q̄ illic ad amorē diuinitatis excreuerāt suam cogerent vitā despicere dū illius penitentiā videret. Studuit nāqꝫ toto mētis adnisu cruciare carnē uoluptates ꝓprias frāgere furtiuas orōnes q̄rere q̄tidianis se lachrymis lauare despectū sui appetere oblāta a fratribus venerationē timere. Hic itaqꝫ nocturnas fratrū uigilias ꝑuenire ꝯsueuerat et q̄a mons in quo monasterū sitū est ex vno latere in secretiore parte ꝓminebat: illuc ꝯsuetudinem fecerat ante vigilias egredi ut se q̄tidie in fletu penitētie q̄to secretius, tāto liberius mactaret. Cōtemplabat̄ nāqꝫ districtionē ventūri iudicis sui et iā eidē iudici ꝯcordans puniebat in lachrymis reatū facinoris sui. Quadā vero nocte abbas monasterij uigilās, hūc latēter egredientē intuitus, lēto foras pede secutus est. Quē cū in secreto mōtis latere cerneret in orōne ꝓstratū: expectare uoluit qn̄ surgeret ut ipsam quoqꝫ longanimitatē orationis eius exploraret. Cum subito celit⁹

lux emissa sup eū fusa est qui in oratiōe ꝓstratus iacebat. Tantaq; se illo i loco claritas sparsit: vt pars regiōis illius ex eadē luce igne cādesceret. Quam abbas vt vidit: intremuit et fugit. Cūq; post longū hore spaciū idē frater ad monasterū redisset: abbas eius ut disceret an sup se effusionē tāti luminis agnouisceret: requirere eum studuit dicens. vbi fuisti? At ille latere posse se credēs in monasterū se fuisse respondit. Quo negāte abbas cōpulsus est dicere. q̄d vidisset. At ille videns se esse deꝑhensum hoc q̄q; quod abbatē latebat aperuit adiūgēs q̄n sup me vidisti lucem de celo descendere. vox etiā pariter venit dicens. Dimissum est peccatū tuū. Et q̄dem oīpotens deus peccatū eius potuit tacēdo laxare. Sed loq̄ndo per vocem radiēdo p lumen exēplo sue misericordie nr̄a ad penitentiā voluit corda cōcutere.

Miramur fratres carissimi. q̄ psecutorē suum saulū dominus de celo ꝓstrauit. de celo allocutus est. Ecce nostris q̄q; tēporibus. peccator et penitens vocē de celestibus audiuit. Illi dictū: q̄d me psequeris iste vero audire meruit: dimissum est peccatum tuū. Longe est inferior mentis peccator iste penitens q̄ȝ paulus. Sed quia adhuc in hac re de saulo loquimur incrudelitatem necis anhelante. Liceat audēter dicere: quia saulus ꝓpter superbiam vocem increpationis iste vero ꝓpter hūilitatē vocē cōsolatiōis audiuit. Hunc quia hūilitas strauerat: diuina pietas erigebat. illum q̄a supbia erexerat: diuina seueritas humiliabat. habete g° fiduciā frēs mei de misericordia cōditoris nr̄i. cogitate q̄d faciatis. recogitate q̄ fecistis. Largitatē supne pietatis aspicite et ad misericordē iudicē dū adhuc expectat: cum lachrymis venite. Cōsiderantes nāq; q̄ iustus sit: peccata vestra nolite negligere. Considerātes vero q̄ pius sit nolite desperare. Prebeat apud deum homini fiduciā deus hō. Est nobis spes magna penitētibus. quia aduocat° nr̄ factus est iudex nr̄ q̄ viuit et regnat cum p̄re et sp̄usancto in sc̄l'a sc̄l'orum.

¶ Lectio sancti euãgelij secũdum lucam Ca. xxi.

IN illo tempore dicebat iesus discipulis suis. Cũ audientis prelia et seditiões: nolite terreri. Oportet primũ hec fieri. sed nũdũ statim finis Tunc dicebat illis. Surget gẽs cõtra gentem. etc.

¶ Omelia lectiõis eiusdem habita ad populum in basilica sancti mame die natalis eius. xxxv.

QVia lõgius ab vrbe digressi sumus: ne ad reuertendum nos tardior hora ꝓpediat: necesse est vt expositionẽ sancti euangelij breuior sermo transcurrat. Dñs ac redemptor noster penituri mũdi ꝓcurrẽtia mala denũtiat. vt eo minus ꝑturbent venientia: q̃ fuerint ꝓscita. Minus eni iacula feriũt: q̃ ꝓuidentᷣ. et nos tolerabilius mũdi mala suscipimus: si cõtra hec per ꝓscientie clipeũ munimur. Ecce eteni dicit. Cum audientis ꝓlia et seditiões: nolite terreri. Oportet primũ hec fieri. sed nũdũ stati finis. Pensanda sunt verba redemptoris nostri ꝑ que nos aliud interius aliud exterius passuros denũtiat. Bella q̃ppe ad hostes ꝑtinẽt. sediciones ad ciues. vt g° nos indicet interꝰ exterius q͡z turbari: aliud nos fateᷣ ab hostibꝰ. aliud a fratribus perpeti. Sed his malis ꝓueniẽtibꝰ q̃a nõ statim finis sequaᷣ: adiungit. Surget gẽs cõtra gentẽ. et regnũ aduersus regum. et terremotus magni erũt per loca. et pestilentie. et fames. terrores q͡z de celo. et signa magna erunt. vel sicut i q̃busdã codicibus inuenitur. terrores q͡z de celo. et tempestates. atq͡z post subdiᷣ. et signa magna erũt. vltima tribulatio multis tribulatiõibus ꝓueniᷣ. et per creba mala que ꝓueniũt: indicanᷣ mala ꝑpetua q̃ subsequũᷣ. Et ideo ꝑ bella et seditiones nõ stati finis: q̃a multa debẽt mala ꝓcurrere. vt malũ valeant sine fine nũtiare. Sed cũ tot signa ꝑturbationis dicta sunt: oportet vt eorꝫ ꝯsiderationẽ breuiter per singula ꝑstringamus. Quia necesse ẽ ut alia e celo, alia e t̃ra, alia ab elemẽtis, alia ab hoĩibus paciamur. Aut

eni Surget gēs cōtra gētem· ecce pturbatio hoīnū· Erūt terremotus magni p loca· Ecce respectus ire desup· Erūt pestilentie· ecce ieq̄litates corporū· Erit fames· ecce sterilitas terre Terroresq3 de celo et tempestates· ecce ieq̄litas aeris· Quia ergo oia cōsummanda sunt: añ cōsummationē oia pturbant᷑· et q̄ in cūctis delinq̄mus in cunctis ferimur· vt impleat᷑ qđ dr· et pugnabit pro eo orbis terrarū: cōtra insensatos. Omnia nāq3 q̄ ad vsum uite accepimus: ad vsum cōuertimus culpe· S3 cūcta q̄ ad vsū prauitatis inflexim9: ad vsū nobis vertunt᷑ vltiōis· Tranq̄litatē q̄ppe hūane pacis ad vsum vertimus vane securitatis· pegrinatōnē terre ꝓ habitatiōe dileximus prie· Salutē corporū redigimus in vsum vitiorū· Vbertatis abūdātiā nō ad necessitatē carnis s3 ad puersitatē ītorsim9 voluptatis· Ipsa serena blandimenta aeris ad amorē nobis seruire coegimus terrene delectatiōis Iure g° restat vt sil' nos oia feriāt: que sil' oia uitiis nr̄is ma le subacta seruiebant· vt q̄t p̄ us in mūdo incolumes habuimus gaudia tot de ipso post modū cogamur sentire tormēta· Notandum vero est: qđ dicitur· terrores de celo et tempestates cū tempestates hyemales venire ex ordine soleāt temporū: cur hoc loco tēpestates venire in pditiōis signo p̄dicunt᷑: nisi q2 eas tēpestates dn̄s venire denūtiat· que neq̄ q̄3 ordinē tēporū seruāt: Que eni ordinate veniūt signū nō sunt· sed tempestates in signo sunt: que ipsa quoq3 temporū statuta cōfundūt. Quod nos quoq3 nuper experi sumus· q̄a estiuū tp̄s omne cōuersum in pluuiis hyemalibus vidim9 Quia autem cuncta hec nō de iniustitia ferientis sunt: sed de mento mundi patientis: facta prauorū hominū p̄mittūt᷑· cū dicat᷑· Sed añ hec oia incipiāt vobis manus suas iniicere· et psequent᷑ et tradēt vos in sinagogis· ducentes ad reges et p̄sides ꝓpter nomē meū· Ac si apte dicat· Prius corda hominū et post elemēta turbāt᷑ ut cū rerū ordo cōfundit᷑: ex q̄ iā retributiōe veniat demōstret᷑

Nam q̄uis finis mūdi ex ip̄o
suo ordine pendeat: peruersio-
res tñ q̊sq; inueniēs q̇ digne
ruinis illius opprimāt̄ innote-
scit. et subdit̄. ducentes ad re-
ges et p̄sides ꝓpt nomē meū
cōtingent hec vobis i testimo
niū. In testimoniū videlicet
q̊ꝝ nisi eoꝝ qui aut psequē-
do mortes inferunt. aut viuē-
do nō mutant̄. Mors q̇ppe
iustoꝝ bonis i adiutoriū est.
malis i testimoniū. vt inde ꝑ
uersi sine excusatōe pereāt. vñ
electi exemplum capiūt: ut ui
uant. Sed auditis tot terrori-
bus turbari poterāt infirmoꝝ
corda. atq; ideo cōsolatio ad
iūgit̄ cū ꝓtinus subinfert̄. Po
nite ergo in cordibus vestris
nō premeditari queādmodū
respōdeatis. Ego enim dabo
vobis os et sapiētiā: cui non
poterūt resistere et cōtradicere
oēs aduersarii uñ. Acsi aper
te membris suis infirmātibus
dicat. Nolite terreri. nolite per
timescere. vos ad certamē ac
ceditis: ꝟ ego p̄lior. vos ver-
ba editis: sed ego sum qui lo
quor. Sequit̄. Trademini au
tē a parētibus et fratribus et
cognatis et amicis et morte

afficient ex vobis. Minorem
dolorē mala ingerūt: que ab
extraneis inferunt̄. Plus vero
in nobis ea tormēta seuiūt: q̄
ab illis patimur: de q̊ꝝ mēti-
bus p̄sumebamus. Quia cū
dāno corporis mala nos cru-
ciāt amisse caritatis. Hinc est
enim quod de iuda traditore
suo ꝑ psalmistā dñs dicit. Et
q̇dem si inimicus meus male
dixisset mihi: subportassem v
tiq;. et si is q̇ oderat me super
me magna locutus fuisset: ab
scōdissem me vtiq; ab eo. Tu
vero hō vnanimis dux meus
et notus meus. qui simul me
cū dulces capiebas cibos. in
domo dei ambulauim⁹ cū cō
sensu. Et rursum. Homo pa-
cis mee in q̊ sperabā: et q̇ ede
bat panes meos: āpliauit ad-
uersum me supplātationē. Ac
si de traditore suo apertis voci
bus dicat. Transgressionem
eius tanto grauius ꝑtuli: quā
to hanc ab eo q̇ meus esse vi
debat̄: sensi. Oēs ergo electi
quia summi capitis membra
sunt: caput q̊q; suū in passiōe
sequūt̄. vt ip̄os aduersarios i
sua morte sentiāt: de quorum
vita p̄sumebat. et vt tāto eis

crescat merces operis: quanto eis virtutis lucrū pficit ex aliene dāno caritatis. Sed quia dura sunt que predicuntur de afflictiōe mortis: protinus cōsolatio subdit de gaudio resurrectionis cum dr. Capillus de capite vestro nō pibit. Scim⁹ fratres quia caro incisa dolet. capillus icisus ñ dolet. Agit g° martyribus suis. Capillus de capite vestro non peribit. videlicet apte dicēs. Cur timetis ne pereat qđ incisum dolet qñ et illud in nobis perire nō potest? qđ incisum nō dolet? Sequit. In patiētia uestra possidebitis aīās vestras. Idcirco possessio aīe in virtute patientie ponit: qa radix omniū custosq3 virtutū patientia est Per patiētiā vero possidem⁹ animas nostras: quia dū nobisi ipsis dominari discimus: hoc ipm incipimus possidere quod sumus. ¶ Paciētia vero est aliena mala eqnimiter pperi. cōtra eū qq3 qui mala irrogat: nullo dolore morderi. Nam qui sic pximi mala portat: vt tñ tacitus doleat: et tēpus digne retributiōis qrat: patiētiā nō exhibet. sed ostendit. Scriptū qppe est. caritas patiēs est. benigna ē. patiēs nāq3 est vt aliena mala toleret. Benigna vero est: vt ipōs etiam qs portat amet. Hinc nāq3 psemetipām veritas dicit. Diligite inimicos vestros. benefacite his q oderūt vos orate p psequētibus et calūniantibus vos. virtus itaq3 est corā hoībus: aduersarios tolerare. s3 virtus corā deo diligere. Quia hoc solū deus sacrificiū accipit: quod añ eius oculos in altari boni opis flāma caritatis incēdit. Sciendū vero ē q plerūq3 ideo pacientes esse uidemur: qa retribuē mala nō possumus. f q idcirco malū nō retribuit qa neqq3 valet pculdubio vt pdixim⁹ patiēs nō est. Quia patientia nō in ostensione inqrit. sed in corde. p ipatiētie aūt viciū ipsa virtutū nutrix doctrina dissipat. Scriptū nāq3 ē. doctrina uiri p paciētiā noscit. Tāto g° qsq3 minus ostēdit doctus: qto cōuicit min⁹ paciēs. Neq3 eni pōt veracit bona docēdo impendere: si viuēdo nesciat eqnimit aliena mala tolerare

Quãto enĩ culmine virtus pa tiẽtie polleat: rursus salomon indicat dicẽs. Melior est pati ens viro forti. et q̃ dñat animo suo: expugnatore vrbiũ. Mi nor est g victoria vrbes expu gnare. q2 extra sunt q̃ vincunt Maius aũt est q̃d p patiẽtiã uincit: q2 ipe a se anĩus su pat et semetipm sibimetipsi subi cit: qñ eũ paciẽtia in humilita te sternit. ¶ Sciendũ vero est q pleruq3 euenire paciẽtibus solet: vt eo quidẽ tpe quo ad uersa patiunt vel otumelias audiãt: nullo dolore pulsant. et sic patiẽtiã exhibeãt: vt cu stodire etiã cordis innocẽtiã curẽt. Sed cũ post paululũ hec ipsa q̃ ptulerint ad memoriã reuocãt: igne vehementissimi doloris instigant. Argumenta vltionis inquirũt. et mãsue tudinẽ quã tolerantes habue rũt in retractatiõe sua semet ipsos diiudicãtes pdunt. Cal lidus nanq3 aduersarius bel lum otra duos mouet. vnum videlicet inflãmans vt cõtu melias prior inferat. alterum vero puocãs ut otumelias le sus reddat. Sed q2 eius iã ui ctor extitit quẽ ad pferendas cõtumelias cõmouit: cõtra il lum acri9 dolet. quẽ ad reddẽ das iniurias cõmouere nõ po tuit. Vñ fit vt tota se virtute cõtra eũ erigat: quẽ cõtumeli as fortiter pertulisse cõsiderat. Quẽ q̃a commouere i ipa in iuria4 iaculatõe nõ potuit: ab apperto certamine interi rece dens i secreta cogitatõe decep tionis tempus inq̃rit. Et qui publico bello pdidit: ad exhi bendas occulte insidias exar descit. Quietis nãq3 tempe ad uictoris aĩm redit. et vl dãna re4 vel iniuria4 iacula ad me moriã reducit. Cunctaq3 que sibi illata sunt vehemẽter ex aggerans fuisse intolerabilia ostendit. Et q̃escentis animũ tãto furore conturbat: vt ple rũq3 uir paciẽs illa se equani miter tolerasse etiã post victo riam captiuus erubescat. seq3 non reddidisse cõtumelias do leat. sed deteriora rependere si occasio prebeat: querat. Qui bus ergo isti sunt similes: nisi his qui p similitudinẽ in cam po victores sunt: sed per negli gentiã postmodũ intra vrbis claustra capiuntur? Quibus

isti sunt siles? nisi his quos ir
ruẽs grauis lãguor a vita nõ
subtrahit? sed leuiter veniens
recidiua febris occidit? Ille g°
veraciter patientiã seruat? q̃ ꝛ
ad tps aliena mala sine dolo
re tolerat. ꝛ hec eadẽ retractãs
ꝑtulisse se talia exultat. Ne bo
nũ patiẽtie q̃etis tpaliter pe
at? qđ in ꝑturbatõibus custo
dit. ¶ Sed q2 natalẽ marty
ris hodierna die colimus frẽs
mei nequaq̃z nos a virtute ei⁹
patientie estimare extraneos
debemus. Si eni adiuuãte nos
dño, virtutẽ patientie seruare
ꝯtẽdimus? et in pace eccl'e vi
uimus. et tñ martyrij palmã
tenemus. Duo q̃ppe sunt mar
tyrij genera. vnũ in mẽte. ali
ud in mẽte simul ꝛ actõe. Ita
q3 eẽ martyres possumus? eti
am si nullo ferro ꝑcutientium
trucidemur. Mori q̃ppe a ꝑ
sequente martyriũ in aperto
opere est. Ferre uero ꝯtumeli
as, odientẽ diligere, martyriũ
est in occulta cogitatiõe. Nã
q2 duo sunt martyrij genera
vnũ in occulto ope, aliud in
publico? testat̃ veritas. q̃ ze
bedei filios req̃rit dicẽs. Pote
stis bibere calicẽ quẽ ego bi
biturus sum? Cui cũ ꝓtinus
rñderẽt, possumus? ilico dñs
respõdit dicẽs. Calicẽ q̃dem
meũ bibetis. Quid eni ꝑ cali
cẽ nisi dolorẽ passiõis accipi
m⁹. De q° alias dicit. pr̃ si fieri
põt? trãseat a me calix iste. et
zebedei filij. idest iacobus et
iohẽs nõ vterq3 ꝑ martyriũ
occubuit. et tñ q ꝑ vterq3 cali
cẽ biberet? audiuit. iohẽs nãq3
neq̃q̃3 ꝑ martyriũ vitã finiuit
sed tñ martyr extitit. q2 passi
onẽ quã nõ suscepit in corpe?
seruauit in m̃te. Et nos g° hoc
exẽplo, sine ferro eẽ possumus
martyres? si patiẽtiã veracit̃
in aĩo custodimus. ¶ Nõ ab
re arbitror frẽs carissimi si unũ
vobis exemplũ seruãde patiẽ
tie ad edificationẽ loq̃r. Fuit
q̃dã diebus nr̃is stephanus
noie. pr̃ monasterij iuxta rea
tine vrbis menia ꝯstituti. vir
valde scũs. patiẽtie virtute sin
gularis. Et su ꝑsunt m'lti q̃ illũ
nouerũt. eiusq3 vel vitã. vl' o
bitũ narrãt. Erat aũt huius li
gua rustica. s3 docta vita. hic
ꝓ amore celestis patrie cũcta
despexerant. possidere aliq̃d in

hoc mūdo fugiebat. Tumul-
tus deuitabat hominū. crebris
ac ꝓlixioribus orōibus intē
tus erat. Virtus tñ patiētie in
eo vehemēter excreuerat: ita
vt eū sibi amicū crederet: q̄ si
bi molestie aliq̄d irrogasset.
R eddebat ɔtumelijs grās.
si qđ in ip̄a sua inopia dānū
fuisset illatū: hoc maximū lu-
crū putabat. Oēs suos aduer
sarios nihil aliud q̄ꝫ adiutores
estimabat. hūc cū dies mortis
ei⁹ egredi de corpe vrgēt: ɔue
nerūt mlti. vt tā scē aīe đ hoc
mūdo recedēti suas aīas cō-
mēdarēt. Cūq̄ꝫ circa lectū illi
us hi q̄ ɔuenerāt oēs assiste
rēt: alij corpeis oculis ingredi
ētes āgelos viderūt. sed dicē
aliq̄d nullo mō potuerūt. Alij
oīno nihil viderūt. sed oēs q̄
aderāt ita vehemētissimus ti
mor ꝑtulit: vt nullus egrediē
te illa scā aīa illic stare potuis
set. Et hi g° qui viderāt: et hi
q̄ oīno nihil viderāt: vno oēs
timore ꝑcussi et territi fugerūt
Nullusq̄ꝫ hic assistere illo mo
riēte potuit. Pēsate g° frēs oī-
potēs deus q̄liter treat: qn̄ di-
strictus iudex vēturus ē. si sic
assistētes truit: qn̄ grat⁹ remu

nerās veit. aut q̄liter timen ꝑt
cū videri potuerit: si sic mētes
p̄sentiū strauit. Et qn̄ videri
n̄ potuit. Ecce frēs carissimi ser
uata illa in eccl'astica pace pa
tiētia ad q̄ntū hūc retributio
nis culmē euexit. q̄d huic suus
ɔditor intus dedit: de q° nobis
tātā gl'am in die eius exit⁹ et
foris innotuit. q̄bus hūc creda
m⁹ nisi scis martyrib⁹ socia-
tū quē attestātib⁹ corpeis q°ꝫ
oculis a btīs spiritibus ɔstat
eē susceptū: Nullo iste gladi
o ꝑcussus occubuit. et tñ coro
nā patiētie quā in m̄te tenuit
in egressiōe ꝑcepit. Probam⁹
q°tidie verū esse qđ añ nos di
ctū ē: q2 scā eccl'a electorū flo
rib⁹ plena habet in pace lilia
in bello rosas. ¶ Sciēdū p̄ te-
rea ē q̄ tribus modis virt⁹ pa
tiētie exerceri solet. Alia nāq̄ꝫ
sunt q̄ a deo: alia q̄ ab āntiquo
aduērsario: alia q̄ ꝓximo susti
nemus. A ꝓximo nāq̄ꝫ ꝑsecu
tiōes dāna et cōtumelias. ab
antiq° vero aduersario tēpta-
mēta. a deo aūt flagella to-
leramus. Sed in his omibus
tribus mōis vigilāti oculo se
metip̄am debet mens circū-
spicere ne ɔtra mala proximi

ptrahat ad retributionē ma-
li. ne ↄtra tēptamēta aduersa
rij seducat ad delectationē vl'
ↄsensum delicti. ne cōtra fla-
gella opificis ad excessum ꝓ
ruat murmurationis. pfecte .n.
aduersarius vincit? qn mēs
nra et inter tēptamēta eius a
delectatōe atq ↄsensu nō tra-
hit. et inter ↄtumelias ꝓximi
custodit ab odio. et inter fla-
gella dei cōpescit a murmura
tōe. nec hec agētes retribui no
bis bona pñtia reqramus. nā
ꝓ labore patiētie bona sperā-
da sūt seqntes vite. Vt tūc p
mium nri laboris incipiat? qn
ois iā labor funditus cessat.
Vn et p psalmistā dr. nō in
finē obliuio erit pau pris? patiē
tia pau pum nō pibit in finē.
Quasi eni pisse patiētia pau
perū cernit? cū nihil pro illa in
hac vita humilibus recōpen
sat. Sed patiētia pau pum in
finē nō pibit. q2 tūc eius gl'a
pcipit? cū simul oia laborio-
sa terminant. ¶ Seruate ergo
frēs in mēte patientiā eāq cū
res exigit? exercete in opatōe.
Nullus vrm ad odiū ꝓximi
ↄtumeliosa verba cōmoueat
nulla ptura rez dāna ptur
bēt. Si eni fixa mēte mansu
ra damna ptimescitis? dāna
rez trāseūtiū grauia nō puta
tis. Si eterne retributiōis glo
riam cōspicitis de tpali iniu-
ria nō doletis. Tolerate ergo
aduersarios vestros. sed vt
frēs diligite. qs toleratis. Eter
na pmia ꝓ damnis tpalibus
qrite. Nec quisq vestrū suis
se viribus hanc implere posse
ↄfidat. sed obtinete pcibus ut
ipe hāc q impat pstet. Et sci
mus. q2 petētes libēter exau
diet? qn hoc petit largiri qd iu
bet. Cū ↄtinuo pulsat in pce?
ↄcite opitulat in tēptatōe. ie-
sus christus dns nr. q cū pre
et spūsancto viuit et regnat
in secula seculoz amen.

¶ Lectio sancti euāgelij secū
dū lucā. Ca. xiiij.

In illo tpe dixit iesus di
scipulis suis silitudinē
hāc. hō qdā fecit cenā magnā
et vocauit ml'tos. et misit seruū
suū hora cene dicere inuitatis
vt venirēt. q2 iā pata sūt oia
¶ Omelia lectōis eiusdē ha
bita ad ppl'm in basilica be
atoz apostoloz philippi
et iacobi. xxxvj.

HOc distare frēs carissimi inter delitias corporis et cordis solet qꝫ corpales delitie cū nō habent᷑: graue desideriū in se accēdunt. cū vero habite edunt᷑: comedentē ꝓtinus in fastidiū ꝑ satietatē vertūt. at ɔtra spūales delitie cū nō habent᷑ in fastidio sunt. cū vero habent᷑: in desiderio. Tantoqꝫ a comedēte amplius esuriūt᷑: quāto et ab esuriēte āplius comedunt᷑. In illis appetitus placet expiētia displicet. In istis appetitus vilis ē. et expientia magis placet. In illis appetit⁹ saturitatē saturitas fastidium generat. In istis aūt appetitus saturitatē saturitas appetitum parit. Augēt eni spūales delitie desideriū in mēte: dū satiāt quia quāto magis earū sapor percipit᷑: eo āplius cognoscit᷑ qd auidius amet᷑. Et idcirco n̄ habite amari nō pn̄t: qꝛ earū sapor ignorat᷑. Quis eni amare valeat qd ignorat? Proinde psalmista nos admonet dic. gustate et videte qm̄ suauis ē dn̄s. Acsi apte dicat. suauitatē ei⁹ n̄ agnoscitis: si hāc minime gustatis. Sed cibū vite ex palato cordis tāgite: vt ꝓbātes eius dulcedinē amare valeatis. Has aūt hō delitias amisit: cū in padiso peccauit. extra exijt. cū hos a cibo interne dulcedis clausit. Vn̄ nos quoqꝫ nati in huius pegrinatōis erūna huc fastidiosi iā venimus nescimus qd desiderare debeamus. Tantoqꝫ se āplius fastidij n̄ri morib⁹ exaggerat: quāto magis ab esu illius dulcedīs aīmus se elōgat. Et eorū intēnas delitias n̄ appetit: quo eas comedere diu lōgeqꝫ dissueuit. Fastidio g° n̄ro tabescimus. et longa inedie peste fatigamur. et qꝛ gustare intus nolumus patā dulcedinē: amam⁹ foris miseri famē n̄ram. Sed superna nos pietas nec deserētes se deserit. Cōtemptas eni illas delitias ad meōrie n̄re oculos reuocat. easqꝫ nobis ꝓponit in ꝓmissiōe. torporē excutit. atqꝫ vt fastidiū n̄rm repellere debeam⁹: inuitat. Ait nāqꝫ hō quidā fecit cenā magnā. et vocauit multos. Quis iste hō ē nisi ille de quo p ꝓphā̄ dr. et hō est. et quis cognouit eū? Qui fecit cenā magnā. quia satietatē nobis dulcedinis interne preparauit.

Qui vocauit multos sed pau ci venerũt: q̃a nõnulli q̃ ipi q̃ ei p fidẽ subiecti sunt: et nõ eius cõuiuio male viuẽdo cõtradi cũt. Seq̃t. misit aũt seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirẽt. Quid hora cene nisi finis ẽ mũdi? In q̃ nimirũ nos sumus. sicut iã dudũ paulus testat dicẽs. nos in q̃ fines se clorũ deuenerũt. Si g̃ iã hora cene ẽ cũ vocamur: tãto min9 dẽmus excusare cõuiuio dei: q̃n to iã ppinq̃sse cernimus finẽ seculi. Quo eni pẽsamus q2 ni hil ẽ q̃d restat: eo debem9 ptu mescere ne tps g̃re q̃d p̃sto ẽ peat. Idcirco autẽ hoc cõuiuiũ dei nõ prãdiũ sed cena vocat q̃a post prãdium cena restat. Post cenã vero cõuiuiũ nullũ restat. et q2 eternũ dei cõuiuiũ nobis extremũ p̃pabit: rectũ fuit vt hoc ñ prãdiũ sed cena vocaret. Sed q̃s p hũc seruũ q̃ a p̃re familias ad inuitandũ mittit: nisi p̃dicatorũ ordo de signat? De q̃ videlicet ordie q̃uis indigni exstimus: q̃uis pctõrũ põderibus grauamur: et nos tñ in istis diebus sum9 et cũ de edificatiõe vestra ali q̃d vobis loquor. hoc ẽ quod ago. seruus. n. sum sũmi p̃risfa milias. Cũ vos admoneo ad cõtẽptũ seculi: inuitare vos ve nio ad cenã dei. nemo me ppr me hoc in loco despiciat. et si ad inuitãdũ neq̃q̃ dignus ap pareo: s3 tñ magne sunt delitie q̃s pmitto. Sepe frẽs mei so let euenire q̃d dico. vt p̃sona potẽs famulũ habeat despectũ Cũq3 p eũ suis forte vl' extra neis aliq̃d rñsum mãdat: nõ despicit p̃sona loq̃ntis serui. q2 seruatur in corde reuerẽtia mittẽtis dñi. nec pẽsant q̃ au diũt p quẽ. sed q̃d vel a q̃ au diãt. Ita g̃ frẽs ita vos agite. et si nos forsitan digne despi citis: in mẽte tñ vr̃a vocãtis dñi reuerentiã seruate. cõuiue fieri sũmi p̃rifamilias libẽter obedite. Corda vr̃a discutite. atq3 ex eis mortale fastidiũ pel lite. Ad repellendũ nãq3 fasti diũ v̈r̃m iã pata sunt oĩa. S3 si adhuc carnales estis fortas se epulas carnales inquiritis. Ecce ipe carnales epule in spi ritali vobis alimẽto cõuerse sũt Ad abstringendũ nãq3 mẽtis vr̃e fastidiũ in cena dei ille vo bis singl'aris agnus ẽ occisus.

Sȝ q̄d agimus? q̄ hoc qd̄ sub iungit̄ adhuc fieri a multis vi demus? Et ceperūt sil' oēs ex cusare. Offert deus qd̄ rogari debuerat: nō rogat⁹ dare uult qd̄ vix spari potat: q2 digna ret̄ largiri postulatus: et tñ cō tēnitur. Contēptoribus vero parata delitias refectōis eter- ne denūtiat. et tñ simul oēs ex cusāt. Ponam⁹ aṅ oculos mē tis nima. vt possimus digne pēsare maiora. Si q̄spiā potēs ad imitandū quēlibet paupē mitteret: q̄d frēs rogo q̄d pau per ille fecisset: nisi de eadē sua inuitatōe gauderet. rñsum hu mile redderet. vestē mutaret. ire q̄ntotius festinaret. ne p̄or se ad potētis cōuiuiū alter oc- curreret? Hō g° diues inuitat. et paup occurrere festinat. Ad dei inuitamur cōuiuiū. et excu- samus. Sed ecce inter hec esti mare possū: q̄d sibi corda ve stra respōdeāt. occultis. n. for tasse sibi cogitatōibus dicūt. excusare nolumus. ad illud. n. supne refectōis cōuiuiū et vo- cari et puenire gratulamur. lo q̄ntes vobis talia mētes vr̄e vere dicūt: si nō plus terrena

q̄ celestia diligūt. si nō aplius rebus corpalibus q̄ spiritali- b⁹ occupāt̄. vñ hic q̄ȝ ipa ex cusantiū cā subiungit̄: cū ṗti nus subinfert̄. p̄mus dixit. vil lā emi. et ncce habeo exire vi- dē illā. rogo te habe me excu- satū. q̄d p villā nisi trena sub stātia designat̄? Exijt g° vidē villā: q̄ sola exteriora cogitat ṗpt̄ subām. Alter dixit. Iuga boū emi q̄nq;: et eo ṗbare illa rogo te habe me excusatū. q̄d i q̄nq; iugis boū nisi q̄nq; cor pis sensus accipimus? q̄ recte q̄ȝ iuga vocati sūt. q2 in vtro q; sexu geminant̄. q̄ vicȝ cor pales sensus q2 interna cōpre hēdere nesciūt: sȝ sola exterio ra cognoscūt: et deserētes intī ma ea q̄ extra sūt tāgūt: recte per eos curiositas designat̄. q̄ dū alienā q̄rit vitā discutere: semp sua intima nesciēs stu- det exteriora cogitare. Graue nāq; curiositatis ē vitiū. q̄ dū cuiuslibet mentē ad inuestigā- dā vitā ṗximi exterius ducit semp ei sua intima abscōdit. vt aliena sciens se nesciat. et curiosi animus quanto peri- tus fuerit alieni meriti: tanto

fiat ignarus sui. Propter hoc
nãq3 de eisdẽ q̃nq3 iugis bouũ
dicit. Eo pbare illa. habe me
excusatũ. Ipa enĩ excusantis
verba a vitij sui significatiõe
nõ discrepãt: dũ dicit eo pba
re. Quia videlicet aliqñ ptı-
nere pbatio ad curiositatẽ so
let. Sed notandũ ẽ q̃ et is q̃
pter villã. et is q̃ pter p-
bãda iuga bouũ a cena sui in-
uitatoris excusat: hũilitatis
verba pmiscet dicẽs. rogo te
habe me excusatũ. dũ enĩ dicit
rogo te et tñ venire otẽnit: hu
militas sonat in voce supbia
in actiõe. Et ecce hoc diiudi-
cat prauus q̃sq3 cũ audit. nec
tñ ea q̃ diiudicat agere desi-
stit. Nã dũ cuilibet puerse a-
gẽti dicimus ouertere: deũ se
q̃re: mundũ relinq̃: vbi hũc
nisi ad dñicã cenã vocamus:
Sed cũ respõdeat ora p me:
q2 pctõr sum hoc facere ñ pos
sum: q̃d aliud agit nisi et ro-
gat et excusat: dicẽs nãq3 pec
cator sum humilitatẽ insinu-
at. subiũgẽs aũt ouerti ñ pos
sum supbiã demonstrat. Ro
gãdo ergo excusat: q̃ et humi
litatẽ supducit in voce. et sup
biã exercet in actione. Alius

aũt dixit: vxorẽ duxi. et ideo
ñ possum venire. Quid p vxo
rẽ nisi voluptas carnis acc pi
tur: Nã q̃uis bonũ sit oiugiũ
atq3 ad pagandã sobolẽ p-
uidẽtia diuina ostitutũ: non-
nulli tñ nõ p hoc fecunditatẽ
prolis: sed desideria expetunt
voluptatis. et idcirco p rẽ iu-
stã significari põt ñ incõgrue
res iniusta. Ad cenã ergo vos
eterni ouiuij sũmus prĩ famili
as inuitat. sed dũ alius aua-
ritie, alius curiositati, alius vo
luptati carnis ẽ deditus: nimi
rũ reprobi simul oẽs excusant
dũ hũc terrena cura occupat:
illũ alieni actus sagax cogita
tio deuastat: alterius etiã mẽ-
tẽ voluptas carnalis inq̃nat
fastidiosus q̃sq3 ad eterne vi
te epulas ñ festinat. ¶ Seq̃t.
Reuersus seruus: nũtiauit hec
dño suo. Tunc irat9 prĩ famili
as dixit seruo suo. Exi cito in
plateas et vicos ciuitatis: et
pau pẽs, debiles, cecos, et clau
dos introduc huc. Ecce q̃ tre
ne substãtie pl9 iusto incubat:
venire ad dñicã cenã recusat
q̃ labori curiositatis insudat: p
pata vite alimẽta fastidit. q̃
carnalibus desiderijs inseruit:

spiritalis conuiuij epulas respu
it. Quia ergo uenire superbi rē-
nuūt: pauperes eligunt. Cur
hoc? Quia iuxta pauli vocem
infirma mundi elegit deus: vt
confundat fortia. Sed notandū
nobis ē quō describant qui ad
cenā vocant. Et veniūt pau-
pes et debiles. Debiles dicū
tur qui iudicio suo apud semet
ipsos infirmi sunt. Nā paupes
et qui fortes sūt: qui positi in pau
pertate superbiūt. Ceci vero sunt
qui nullū ingenij lumen habēt.
Claudi quoque sunt: qui rectos gres
sus in operatiōe nō habēt. Sed
dū morum vitia in mēbrorum de
bilitate signant, profecto liquet
quia sicut illi pctōres fuerūt qui
vocati venire noluerūt: ita hi
quoque pctōres sunt qui inuitant. et
veniūt. Sed pctōres superbi re
spuunt: vt pctōres humiles
eligant. hos itaque elegit deus
quos despicit mūdus. quia plerum ip
sa despectio hoiem reuocat ad
semetipsum. Is eni qui patrē
reliquit: et partē substātie quā
perceperat prodige expēdit: post
quam esurire cepit: in se reuersus
dixit. Quāti mercēnarij in do-
mo patris mei abūdant pani
bus? Lōge quippe a se discesse
rat: qn peccabat. Et si nō esurisset:
in semetipsum minime redisset
Quia postquam terrenis rebus in
diguit: tunc cogitare cepit quod
de spiritalibus amisit. paupes
ergo et debiles ceci et claudi vo
cant et veniūt. quia infirmi quique
atque in hoc mūdo despecti ple
rūque tāto celerius vocē dei au
diūt: quanto et in hoc mūdo nō
habēt vbi delectant. quod bene
amalechitarum puer ille egypti
us designat. qui amalechitis pre
dātibus atque currētibus eger
remāsit in via. fame sitique aru
it. quē cū dauid inueit: ei cibū
potūque prebuit. qui ilico cōuale-
scēs dux dauid factus ē. Cō-
uiuātes amalechitas repperit. et
eos qui debilem reliquerat: cū ma
gna fortitudie prostrauit. ama
lechita quippe populus lābens vo-
cat. Et quid per lābentē populum ni
si mētes secularium designant?
que terrena cūcta ābiendo quasi
lambūt: dū solis tēporalibus
delectant. Quasi eni populus
lābens predā facit: dū terrena
diligētes lucra de alienis da-
mnis exaggerāt. Sed puer egy
ptius eger in via relinquit. quia

peccator quisque dum infirmari ab huius mundi statu ceperit: mox secularibus mentibus in despectum venit. Quem tamen david invenit. eique cibum et potum prebet. quia manu fortis dominus abiecta mundi non despicit. et plerumque eos qui sequi mundum minime valentes quasi in via remanent: ad amoris sui gratiam convertit. eisque verbi sui cibum potumque porrigit. et quasi duces sibi in via eligit: dum suos etiam predicatores facit. Dum enim christum peccatorum cordibus inferunt: quasi david super hostes ducunt. qui civitates amalechitas velut david gladio feriunt: quia super hos quosque qui se in mundo desperaverant domini virtute prosternunt. Puer ergo egiptius qui in via remanserat: amalechitas interfecit. quia plerumque ipsi mentes secularium predicando superant: qui prius cum secularibus in hunc mundum currere non valebant. ❡ Sed deductis ad cenam pauperibus, quid puer sub iungat audiamus. Domine factum est ut imperasti: et adhuc locus est. Multi tales ad cenam dominicam ex iudea collecti sunt. sed multitudo que ex israelitico populo credidit: locum superni convivii non impleuit. Intrauit iam frequentia iudeorum. sed adhuc locus vacat in regno, ubi suscipi debeat numerositas gentium. unde et eidem seruo dicitur. exi in vias et sepes. et compelle intrare ut impleatur domus mea. Cum de vicis et plateis ad cenam quosdam inuitat: illum videlicet populum designat qui tenere legem sub urbana conversatione noverat. Cum vero convivas suos colligi ex viis et sepibus precipit: nimirum agrestem populum colligere id est gentilem querit. de cuius significatione per psalmistam dicitur. tunc exultabunt omnia ligna silvarum ante faciem domini quoniam venit. Ligna enim silve gentes vocate sunt. quia in infidelitate sua torte et infructuose semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti usu conversi sunt: ad cenam dominicam quasi ex sepibus venerunt.

❡ Notandum vero est quod in hac invitatione tertia non dicitur invita. sed compelle intrare. Alii enim vocantur et venire contemnunt. alii vocantur et veniunt. alii autem nequaquam dicitur quia vocantur. sed compelluntur ut intrent. Vocantur et venire contemnunt: qui donum quidem intellectus accipiunt. sed eundem intellectum operibus non sequuntur.

Vocant̃ et veniũt· q̃ acceptã intellectus gr̃am opãdo pfi-ciũt· Quidã vero sic vocant̃: vt etiã cõpellant̃· Nã sunt nõ nulli: qui bona faciẽda intelli gũt·sed hec facere desistũt· vi dẽt q̃ agere debeãt·sed hoc ex desiderio nõ sequunt̃·his ple rũq3 (vt supius diximus) cõ tingit: vt eos in carnalibus de siderijs suis mũdi huius aduẽ sitas feriat·apphendere tpalẽ gl'am conent̃ et neqant·Cũ p alta pelagi q̃si ad grãdiores curas hui9 seculi nauigare ꝓ ponunt: sp aduersis flatibus ad delectõis sue littora repel lant̃·cũq3 se frãgi in desiderijs suis aduersante mũdo ɔspici unt: q̃d de se auctori suo debe-ãt cõmemorant̃·ita vt ad eũ erubescẽtes redeãt: q̃ eũ sup-biẽtes ꝓ mũdi amore desere bãt·Sepe nãq3 ad tpalẽ gl'a3 ꝓficere volẽtes aut lõga egri tudine tabescũt·aut affl icti in iurijs ɔcidũt·aut pcussi graui-bus dãnis affl igunt̃·et in mũ di dolore vidẽt: q2 nihil ɔfi-dere de eius voluptate debue rũt·seq3 ipos in suis desiderijs reprehẽdentes ad deũ corda

ɔuertũt·De his q̃ppe dñs p ꝓ phetã dicit·Ecce ego sepiã vi am tuã spinis·et sepiã eã ma ceria·et semitas suas nõ inue niet·et seqtur amatores suos et nõ apprehẽdet eos·q̃ret: et nõ inueniet eos·et dicet·vadã et reuertar ad virũ meũ p̃orẽ q2 bene mihi erat tũc: magis q̃3 nũc·Vir vnus cuiusq3 fide lis aĩe deus ẽ·q2 hec vicz ei ẽ ɔiũcta p fidẽ· Sed illa q̃ ɔiũ cta deo fuerat aĩa amatores suos seqtur: q̃n mẽs q̃ iã credi dit p fidẽ: adhuc se imundis spiritibus i opatõe substernit· mũdi gl'am q̃rit·a carnali de-lectatõe pascit̃·exq̃sitis volu-ptatibus nutrit̃· Sed plerũq3 omnipotẽs deus talẽ animã misericorditer respicit: et eius voluptatibus amaritudines permiscet· Vnde dicit· Ecce ego sepiã vias tuas spinis· Vie enim nostre spinis septe sunt: q̃n in hoc q8 male cupi m9 dolorẽ cõpũctõis inueni mus·Et sepiã eos maceria·et semitas suas nõ inueniet·uie nostre maceria sepiunt̃: cũ de-siderijs nr̃is dure in hoc mun-do obiectiones resistunt·et se

mitas nostras inuenire nō pos sumus. qz hoc qđ male q̄rim⁹ adipisci phibemur. Et sequet̄ amatores suos: et ñ apprehē det eos. querent: et nō inueniet eos. quia malignos spiritus q̄bus se in suis desiderijs ani ma subdidit: ad desiderioꝝ suoꝝ effectū minime cōpre hendit. Sed ex hac salubri ad uersitate quanta vtilitas na scat̄ adiūgit cū subdit̄. Et di cit. Vadam et reuertar ad vi rum meū priorē. q̄a bene mi hi erat tunc: magis q̄z nunc. Postq̄z ergo vias suas spinis septas inuenit: postq̄z amato res suos apprehēdere nō va let: ad amorē viri prioris re dit. quia pleꝛq3 postq̄z in hoc mūdo nō possumus obtinere que volumus: postq̄z in ter renis desiderijs de impossibili tate lassamur: tunc ad mentē deum reducimus. tunc placere incipit: qđ displicebat. et is cu ius nobis amara fuerāt pre cepta: repēte dulcessit in me moria. et peccatrix aīma que adultera conata est esse: nec tamē a pto ope potuit: decer nit esse fidelis c̄iux. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti ad dei amorem redeūt: atq3 a p̄sentis vite desiderijs corrigunt̄: q̄d isti fratres mei nisi compelluntur vt intrent.

¶ Sed valde est tremenda sentētia: quē protinus subin fert. Intēta hanc cordis aure pcipite, frēs et dñi mei (inq̄n tū pctōres fratres mei. inq̄n tum iusti domini mei) intēta hāc aure pcipite. vt tāto eam minus sentētias in examīe: q̄z to nūc audistis formidolosi⁹ in p̄dicatiōe. Ait enī. dico aūt vobis: q nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati sunt. gustabunt ce nā meā. Ecce vocat p se. vo cat p āgelos. vocat p patres. vocat p ꝓphās. vocat p apo stolos. vocat p pastores. vo cat etiā p nos. vocat pleꝛq3 p miracula. vocat pleꝛq3 per flagella. vocat aliq̄n p huius mūdi ꝓspera. vocat aliq̄n per aduersa. Nemo cōtēnat. nedū vocatus excusat: cum volue rit intrare nō valeat. Audire quid sapientia per salomonē dicat. Tunc inuocabunt me. et non exaudiam. mane con surgent: et nō inuenient me. Hinc ē q fatue virgines tar de venientes clamāt dicētes.

Dñe dñe aperi nobis. sed iã
tũc aditũ q̃rẽtibus dicit̃. amẽ
dico vobis: nescio vos. Quid
inter hec frẽs carissimi nisi re-
lin q̃re oia debemus: curas mũ
di postponere. solis desiderijs
eternis inhiare: sed hec paucis
data sũt. Ammonere vos vo
lo vt relĩq̃tis oia. sed nõ p̃su-
mo. Si ergo cũcta mũdi relin
q̃re ñ potestis: sic tenete q̃ hu
ius mũdi sũt: vt tñ p ea nõ te
neami in mũdo. vt terrena res
possideat̃: nõ possideat. vt sub
mẽtis vr̃e sit dñio q̃d habetis
ne mẽs vr̃a t̃renaꝝ reꝝ amo
revincit̃: a rebus suis ip̃a ma
gis possideat̃. Sit g° res tpa-
lis in vsu. eterna in desiderio.
sit res tpalis in itinere. deside
ret̃ eterna puentione. Quasi
ex latere respiciat̃ q̃cquid in
hunc mundũ agit̃. Ante nos
autẽ tendant mẽtis oculi: dũ
tota intentõe illa ↄspiciũt: ad
q̃ puenimus. Extirpent̃ fun
ditus vitia. nõ solũ ab actu o-
peris, sed etiã a cogitatiõe cor
dis euulsa. Nõ nos voluptas
carnalis, nõ sollicitudo curio-
sitatis, nõ estus ãbitõis ĩpe-
diat ad dñicã cenã. sed ip̃a q°z
honesta q̃ in mũdo agimus:
q̃si ex q°dã mẽtis latere tãga-
mus. vt terrena q̃libet sic nr̃o
corpori seruiãt: q̃tenus cordi mi
me obsistãt. Nõ ergo frẽs au
demus vobis dicere vt oia re
linq̃tis. sz tñ si vultis oia etiã
retinẽdo relinq̃tis. si sic tpalia
geritis: vt tñ tota mẽte ad et̃
na tẽdatis. Hic eteñi paulus
apl's dicit. Tps breue ẽ. reli-
quũ ẽ vt q̃ habẽt vxores: tã
q̃z nõ habẽtes sint. ⁊ q̃ flẽt: tã
q̃z nõ flẽtes. et q̃ gaudẽt: tã
q̃z nõ gaudẽtes. et q̃ emũt: tã
q̃z ñ possidẽtes. ⁊ q̃ vtunt̃ hoc
mũdo: tanq̃z nõ vtant̃. p̃terit
eñi figura huius mũdi. Vxo-
rẽ nãq̃z habet sed q̃si nõ hñs:
q̃ sic scit debita carnis exsoluẽ
vt tam̃ p eã mũdo tota mẽte
nõ cogat̃ inherere. Nã cũ isdẽ
rursum egregius p̃dicator di
cat. q̃ habet vxorẽ, cogitat q̃
sunt huius mũdi: quomõ pla
ceat vxori: ille vxorẽ habet q̃
si nõ habẽs: q̃ sic studet place
re ↄiugi: ut tñ nõ displiceat cõ
ditori. flet quoq̃z sz tanq̃z nõ
fleat: qui sic tẽporalibus dã-
nis affligit̃: vt tam̃ de eternis
lucris sem p animũ cõsoletur.
Gaudet vero sed tanq̃z non

gaudeat: q sic de tpalibus bo-
nis hilarescit: vt tn̄ sp tormē
ta ppetua pHorrescat. et i hoc
quod mentē gaudio subleuat
hāc cōtinuo pōdere ꝓuidi ti-
moris pmat. Emit aūt sed q̄si
n̄ possidēs: q̄ & ad vsū terrena
pparat. et tn̄ cauta cogitatiōe
puidet: qd hoc citꝰ relinquat
Mūdo qꝫ vtit sed q̄si n̄ vta
tur: q̄ et necessaria cūcta exte
rius ad vite sue mīsteriū redi
git. et tn̄ hec eadē nō sinit sue
mēti dn̄ari: vt subiecta foris
seruiāt: et nunq̄ꝫ intentionem
animi ad alta tēdētis frāgāt
Quicūqꝫ gͦ tales sūt: eis ꝓfe
cto terrena oīa nō ad deside-
riū sed ad vsū assunt. q̄r rebꝰ
q̄dē necessariis vtunt. sed ni-
hil habere cū pctō cupiunt. de
tpis qꝫ rebus habitis q̄tidie
mercedes acq̄rūt. et plus gau
dēt bono opeꝛ: q̄ꝫ bona possessi
one. ¶Ac ne aliq̄bus ista dif
ficilia esse videant: rē de pso
na refero. quā multi vīm me
cū nouerūt. Quā vicz rē ipse
añ trienniū in centūcellēsi vr-
be a psonis fidelibus didici.
Nup nāqꝫ in eadē ciuitate te
ophanius comes fuit vir mi-
sericordie actibꝰ deditus. bois

opibꝰ intētus. hospitalitati
pcipue studēs. exercēdi comi
tatus actibꝰ occupatus. Age
bat terrena & tpalia. sed plus vt
ex fine eius claruit: magis ex
debito qꝫ ex intētōe. nā cū ap-
propinq̄nte mortis eius tēpe
grauissima aeris tēpestas ob
sisteret: ne ad sepeliēdū duci
potuisset: eūqꝫ dūx sua in fle-
tu vehemētissimo req̄reret: di
cēs. q̄d faciā quō te ad sepeli
endū eiciō: q̄ ostiū domus hu
ius egredi p nimia tēpestate n̄
possū. tūc ille r̄ndit. Noli muli
er flere. q̄r mox vt ego defun-
ctus fuero: aeris serenitas re-
dit. Cuius ꝓtinus et vocem
mors et mortē serenitas ē se
cuta. Cuius manus ac pedes
podagre humore tumescētes
et versi in mulieribus fuerāt.
ꝓfluēte sanie patebāt. sed cū
corpus illius ex more ad la-
uandū fuisset detectū: ita ma
nus pedesqꝫ illius sani reperti
sunt: ac si vnq̄ꝫ vulneris nihil
habuissent: ductus itaqꝫ ac
sepultus est eiusqꝫ diugi vi-
sum ē vt quarto die in sepul
chro illius marmor qd suppo
situm fuerat: mutari debuisset
Qd videlicet marmor corpi

